





M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

LIBRI TRES.

ACCEDUNT

IN USUM JUVENTUTIS

NOTÆ

QUÆDAM ANGLICE SCRIPTÆ.

EX EDITIONE VALPIANA.

ITEM,

CATO MAJOR SEU DE SENECTUTE,

ET

LÆLIUS SIVE DE AMICITIA.

PHILADELPHIA:
J. B. LIPPINCOTT & CO.

1860.

PA6296

.II5

1860

486555

JUL 17 1942

57-27-78

1099
99

PREFACE.

THE favour shown by the public to a preceding edition in the present form, has induced the editor, on a revision, to use his best endeavours to make it less unworthy of the approbation which it has had the good fortune to receive. The text previously followed was that of the edition deservedly in high esteem, prepared for the press by the labours of John Michael Heusinger, and of his nephew, Jacob Frederic Heusinger; published at Brunswick, after the death of the latter, by his son, Conrad.

As early as the year 1749, John Michael had announced his intention of editing the Offices: within two or three years after, on his death, his materials fell into the hands of Jacob Frederic, a man of sound judgment, unwearied industry, and well skilled in every department of classic lore. To this work he devoted his attention for a number of years, and by the possession of several MSS. before unexamined, was enabled to verify, and to make, numerous emendations. Since the publication of that edition in 1783, no material improvement of the text, though frequently reprinted in different countries, appears to have been attempted till 1811, when a new critical edition was given at Leipsic, by Aug. Gotth. Gernhard, with a reprint of Facciolati's notes, and the addition of a valuable body of others, prepared by the editor himself.

Though the Heusingers' edition has been taken as the basis of the present, Gernhard's has been most carefully compared and consulted: in every instance in which his

suggestions appeared to merit a preference, the text has been made conformable to them; but never without notice of the deviation, and the reasons assigned for it, in the notes. In those now added, the editor has had in view, after the elucidation of the text, a comparison of the opinions it contains, where necessary, with modern ethics.

In this country, it would seem, the Offices were more frequently in use for the instruction of youth, than is at present the case. Sir Roger L'Estrange, in his preface to an English translation (5th edition, 1699) observes "that this treatise is one of the commonest school-books we have: and as it is the best of books, so it is applied to the best of purposes, the training of youth to the study and exercise of virtue." If the endeavours of the present editor shall be found to contribute, in any degree, to that valuable purpose, he will have attained the only object he sought. A few words will be occasionally observed, placed within brackets: in all instances, these are found in some MS. or valuable edition, but not in all. To prevent repetition, this mode has been adopted, to indicate that these words are perhaps interpolated, and may be omitted without injury to the sense

ELENCHUS CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

	Pag
CAP. I.—Filiū hortatur Cicero, ut cum Græcis Latina conjungat, sequaturque et philosophandi scientiam, et forense dicendi genus	14
CAP. II.—Quam late pateant officia; quinam Philosophi de officiis dicere queant	16
CAP. III.—Officiorum divisio	18
CAP. IV.—Commune esse omnium animantium, ut se suosque tueantur. Veri investigationem propriam esse hominis, neque ullum aliud animal sentire quid sit ordo	20
CAP. V.—Quatuor esse fontes, prudentiam scilicet, justitiam, robur animi, et temperantiam; unde oritur omne quod honestum est	23
CAP. VI.—Scientiæ cupiditatem a natura homini datam: duo vitia vitanda esse, nimirum incognita pro cognitis habere, et in res obscuras et inutiles nimium studii impendere	24
CAP. VII.—Latissime patere justitiam: duo esse justitiæ munera; duoque injustitiæ genera; cujus causæ indicantur	26
CAP. VIII.—Plerosque adduci in oblivionem justitiæ, si inciderint in honorum pecuniæ cupiditatem	29
CAP. IX.—Alteram injustitiæ speciem inesse in præmissione defensionis. Hujus notantur causæ	31
CAP. X.—Justitiam commutari quum tempora commutantur: non omnia præmissa servanda esse	34

	Pag
CAP. XI.—Esse ulciscendi et puniendi modum; et belli conservanda jura	37
CAP. XII.—Quæ fuerit veterum Romanorum erga hostes mansuetudo: quid servandum sit quum de imperio decertatur	39
CAP. XIII.—Quæ singulorum sint in bello officia erga hostes; quæque servis præstanda. Justitia simulata nihil esse capitalius	42
CAP. XIV.—Quid in liberalitate cavendum sit	44
CAP. XV.—Cui plurimum debeatur. Nullum officium referenda gratia magis necessarium. Quid et in collocando officio, et in referenda gratia, observandum sit	46
CAP. XVI.—Quæ sint societatis humanæ principia. Quid primum societas præcipiat	48
CAP. XVII.—Societatis gradus varios, et officia ex hac societate promanantia describere persequitur	49
CAP. XVIII.—Quædam officia aliis magis quam aliis debentur. Exercitatio capienda est, ut boni rationatores officiorum esse possimus	52
CAP. XIX.—Tertiam virtutem, quæ erat fortitudo, proponit Cicero: quas virtutes debeat habere comites; quibus vitiis infici soleat	54
CAP. XX.—Duabus rebus cerni animum fortem: voluptatem, avaritiam, et gloriæ cupiditatem huic esse contraria	56
CAP. XXI.—Honores ab otiosis negligi: quibus capessenda sit respublica; quid ab iis desideretur; quæ vitia fugere debeant	58
CAP. XXII.—In rebus arduis, vel pacis vel belli, conspici animi magnitudinem. Domesticas fortitudines non inferiores esse militaribus	60
CAP. XXIII.—Fortitudinis bellicæ officia; exercendum corpus ut consilio rationique obediat	64
CAP. XXIV.—Pergit Cicero in enumerandis officiis fortitudinis bellicæ	65

	Pag.
CAP. XXV.—Quid ab iis requiratur qui reipublicæ præsent, quique jus civibus dicunt	68
CAP. XXVI.—Modestiam et animi æquabilitatem viris principibus convenire; in secundissimis rebus consilio amicorum utendum esse	70
CAP. XXVII.—Quartam virtutem exponit Cicero, temperantiam scilicet; hoc loco contineri decorum, quod ab honesto non queat separari	72
CAP. XXVIII.—Quid deceat et aptum sit: ex hoc fonte manare leporem, jucunditatem et venustatem	74
CAP. XXIX.—Appetitum rationi subjiciendum esse. De ludo et joco	76
CAP. XXX.—Quæ sit hominis præstantia: quæ exinde fluant officia: in animis magnas esse varietates	78
CAP. XXXI.—Suum ingenium, et noscere, et sequi; et bonorum et vitiorum suorum, acrem judicem se quemque præbere	82
CAP. XXXII.—De diversis conditionibus: de eligendo genere vitæ	84
CAP. XXXIII.—Vitæ genus sedulo diligendum, nec temere commutandum: imitandos esse majores	86
CAP. XXXIV.—Disparibus ætatibus et diversis conditionibus non eadem officia tribuenda esse	88
CAP. XXXV.—Quid sit quod deceat, verecundiæ normam a natura doceri	90
CAP. XXXVI.—Duo esse pulchritudinis genera: in cultu, ornatu, et gestu, quid sit observandum, et multo magis in animi motibus	92
CAP. XXXVII.—De arte pronuntiandi, tum in contentione, tum in sermone	93
CAP. XXXVIII.—Quomodo castigandum: quid in sermonibus observandum sit	95
CAP. XXXIX.—Qualem hominis honorati et principis domum placeat esse	96
CAP. XL.—Quid sit ordo: magnam esse vim loci et temporis ad commutandam rerum naturam	98

	Pag
CAP. XLI.—Minima peccata esse vitanda: in rebus dubiis quid hominibus doctis placeat, exquirendum: virtutem, ubicunque sit, coli oportere	100
CAP. XLII.—De quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi. Agriculturæ laudes	102
CAP. XLIII.—Officiorum comparatio: quænam sint præferenda	104
CAP. XLIV.—Studium ad societatem conferendum esse	106
CAP. XLV.—Communitatis officia modestiæ officiis non esse anteponenda: esse officiorum gradus	107

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.—Philosophiam unicum esse Ciceronis solatium	109
CAP. II.—Laudes philosophiæ persequitur. Quid sentiant Academici	111
CAP. III.—Quidquid honestum sit, idem esse utile. Quantas utilitates afferat societas	113
CAP. IV.—Quibus rebus homines hominibus prosint	115
CAP. V.—Homines hominibus et obesse plurimum: quidque officii inde deducendum	116
CAP. VI.—Magnam esse vim fortunæ: quonam modo studia hominum concilianda	118
CAP. VII.—Nihil periculosius esse quam metui; nihil utilius quam amari	120
CAP. VIII.—Reipublicæ Romanæ exemplo ostendit quibus mediis caritas conciliari queat	123
CAP. IX.—Quibus rebus gloria et fides comparentur	126
CAP. X.—Quas res admiremur, quasque contemnamus	127
CAP. XI.—Benevolentiam, fidem, et admirationem, illa tria quæ præposita sunt ad gloriam, omnia, justitia confici	129

	Pag.
CAP. XII.—Cujus rei causa reges constituti sint, nec non et leges; quæ sit via proxima ad gloriam	131
CAP. XIII.—Quæ prima adolescenti commendatio ad gloriam	133
CAP. XIV.—Quanta sit in oratione vis: in accusando modum esse adhibendum: defensionem esse laudabiliorem	135
CAP. XV.—Beneficentiæ ratio duplex, aut opera aut pecunia; quæ constat ex opera, honestior, et latius patet	138
CAP. XVI.—Alios esse prodigos, alios liberales; sumtibus quærendam esse dignitatem	140
CAP. XVII.—Largitionum rationem ad facultates accommodandum, et mediocritate moderandam esse	142
CAP. XVIII.—Quid sit in beneficentia observandum; quæ sit honestior liberalitas: recte laudari hospitalitatem	145
CAP. XIX.—Quænam officia sint observanda illi qui opera beneficia daturus est	147
CAP. XX.—In hominibus juvandis gratiam captari: beatos beneficio obligari nolle	149
CAP. XXI.—Videndum est ei qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat; ne tributum sit conferendum; ut rerum necessariarum sit copia	151
CAP. XXII.—Abstinentiæ exempla: rempublicam quæstui habere turpe et nefarium esse: civium bona adimendo, labefactari fundamenta reipublicæ	155
CAP. XXIII.—Arati laus: injustitiam rerum esse publicarum perniciem	157
CAP. XXIV.—Cavendum esse ne sit æs alienum. De valetudinis curatione, et pecuniæ	159
CAP. XXV.—De comparatione bonorum corporis cum externis	162

LIBER TERTIUS.

	Pag
CAP. I.—De otio Scipionis: non idem esse Ciceronis otium	164
CAP. II.—Quibus invitamentis filium Cicero ad philosophiam adhortetur	166
CAP. III.—In separandis utili et honesto periculum esse. Quid sit vivere convenienter naturæ	168
CAP. IV.—Honestum cum utilitatis repugnantia nunquam esse comparandum	170
CAP. V.—Hominem, naturæ obedientem, homini nocere non posse	175
CAP. VI.—Eandem esse uniuscujusque et universorum utilitatem: præcepta ad judicandum cum hæc duæ utilitates videntur contrariæ	175
CAP. VII.—Honestum vel unice vel maxime esse expectandum	178
CAP. VIII.—Quod honestum non est, id nec utile esse: hæc duo male separari	180
CAP. IX.—Nihil spe occultandi sceleris committendum esse	181
CAP. X.—Ubi deest honestas ibi nullam esse utilitatem. Omnibus rebus, excepta justitia, amicitiam anteponendam esse	183
CAP. XI.—Utilitatis specie in republica sæpissime peccari: quanto sit honori rebuspublicis, honesta utilibus præferre	186
CAP. XII.—Rem illustrat Cicero tribus exemplis; quorum primum est Rhodii mercatoris; agitque de astutia in contractibus communibus	189
CAP. XIII.—Secundum exemplum, venditoris ædium pestilentium	191
CAP. XIV.—Tertium exemplum Pythii: quid sit dolus malus	193

CAP. XV.—Adversus dolum malum et fraudem, Romanorum leges	196
CAP. XVI.—Quid jure Romano sancitum sit ut bona fide inter privatos contrahatur: exempla ad id. . .	199
CAP. XVII.—Philosophiæ et jurisprudentiæ differentia in tollendis astutiis: præcepta, ne quid fiat fallaciter	201
CAP. XVIII.—Viri boni esse, nihil lucri accipere, cui turpitudinis quid insit, etiamsi sine culpa sua id fieri possit	204
CAP. XIX.—Viri boni notio: quam difficile vir bonus reperiatur	206
CAP. XX.—Nunquam esse causam peccandi	208
CAP. XXI.—Ex eorum opinione qui quod videatur utile, honestum esse judicant, magna mala oriri . . .	210
CAP. XXII.—Varia dijudicat exempla Cicero, ut pateat qui boni viri partes expleverint, aut neglexerint . .	213
CAP. XXIII.—Quid in causis quibusdam dubiis agendum sit	215
CAP. XXIV.—Pacta et conventa semperne servanda sint	218
CAP. XXV.—Non omne promissum esse servandum, neque depositum semper reddendum esse	219
CAP. XXVI.—Exemplum Ulyssis adducit Cicero: quum honestum non sit, nec utile esse posse	220
CAP. XXVII.—Quid fecerit Regulus	222
CAP. XXVIII.—Quæ contra Regulum dicantur: quibus argumentis hæc refellantur	223
CAP. XXIX.—Quæ sit fides jurisjurandi cum hoste; quæ cum prædone; qua conditione ratum fiat jusjurandum: hujus rei exempla	225
CAP. XXX.—Quidam Romani hostibus dediti: quid sit in Regulo maximum	229
CAP. XXXI.—Antiquis nullum jurejurando arctius vinculum	231

	Pag
CAP. XXXII.—Exemplum captivorum ab Hannibale ad senatum missorum	232
CAP. XXXIII.—De Temperantia	234
CAP. XXXIV.—Epilogus	236
DE SENECTUTE	239
DE AMICITIA	262

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

CUM Cicero, reipublicæ libertate sublata, se ad philosophiæ studium retulisset, multosque illustres ejus locos latinis literis illustrasset, suscepit ad filium, Athenis studiis literarum operam dantem, de officiis scribere, non modo ut hic quoque locus qui latissime patet latinis literis illustraretur, sed etiam quod esset ætati Ciceronis filii, et auctoritati parentis aptissimus. Quamquam autem hæc quæstio communis est omnium Philosophorum, tamen his pæne propria est qui summum bonum honestate metiuntur, nempe Academicorum, Peripateticorum et Stoicorum, qui in constituendo summo bono verbis magis quam re discrepabant. Secutus ergo Cicero est in hac quæstione potissimum Stoicos, et ex eorum fontibus, judicio arbitratoque suo, quantum quoque modo visum est hausit. Tradita officii et definitione et divisione, quinque facit genera deliberationis in consilio capiendo; primum *honestumne* factu sit an turpe, quod in deliberationem cadit; alterum conducaturne an noceat; reliqua vero, ubi cum honesto pugnat id quod videtur utile, et cum aliud alio honestius aut utilius videtur, utrum alteri sit præponendum. In tres igitur partes totam disputationem distribuit, quarum prima est *de honesto*, altera *de utili*, sed dupliciter utraque, et tertia *de comparatione eorum*. c. 3. Primum formam quandam *honesti* exhibet a natura humana ductam, ejusque quatuor partes facit, sapientiam, justitiam, temperantiam, et fortitudinem seu magnitudinem animi, ex quibus singulis certa quædam officia nascuntur c. 4. Ac de his quatuor partibus accurate disputat, et quomode ab iis officia ducantur ostendit. c. 5—42. Huic disputationi subjicit de comparatione honesti, de duobus honestis utrum honestius. c. 43. seqq.

CAP. I. *Filium hortatur Cicero, ut cum Græcis Latina conjungat, sequaturque et philosophandi scientiam, et forense dicendi genus.*

QUAMQUAM te, Marce fili,* annum jam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ, propter summam et doctoris auctoritatem, et urbis; quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis: tamen, ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci; id tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis† facultate. Quam quidem ad rem, nos, ut videmur, magnum attulimus adjumentum hominibus nostris, ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitrentur adeptos et ad dicendum, et ad judicandum.

Quam ob rem disces tu quidem a principe hujus ætatis philosophorum, et disces, quam diu voles; tam diu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non

* *Marce fili.* This treatise was addressed to the younger Cicero when in the 21st year of his age. In the first sentence his father appears to intimate his reasons for expecting that the progress in learning made by his son had been considerable:—1st. Athens, the place of his abode, had always been renowned for the number of learned men who had there resided, or received their education; 2d. Cratippus, who had been established at Athens on Cicero's own recommendation as an instructor of youth, was reputed one of the most learned men of the age; 3d. By stating the period of the young man's residence, *annum jam*, Cicero may be supposed to hint at the improvement, which in so long a residence might reasonably be expected.

The pupil appears to have lived on confidential terms with his instructor. In a letter which has been preserved from the former, he says, Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse conjunctissimum: nam cum audio illum libenter, tum etiam ejus propriam suavitatem vehementer amplector: sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem—*Ep. Fam. XVI. 21.*

† *Utriusque orationis.* Many interpreters, ancient as well as modern, apply these words to the two languages, Greek and Latin; others, with better reason, to *Philosophia et dicendi exercitatio*. The next sentence appears to make this evident—Cicero there speaks of the benefits which his countrymen had derived from his exertions, as well *ad dicendum* as *ad judicandum*.

pœnitebit.* Sed tamen nostra legens, non multum a Peripateticis dissidentia, quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus;† (de rebus ipsis utere tuo iudicio, nihil enim impedio) orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorē. Nec vero arroganter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornate‡ dicere, quoniam in eo studio ætatem consumi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodam modo vindicare.

Quam ob rem magno opere te hortor, mi Cicero, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui jam illis fere æquarunt, studiose legas. Vis enim dicendi major [est] in illis, sed hoc quoque colendum est æquabile et temperatum orationis genus. Et id quidem nemini video Græcorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere elaborarat, sequereturque et illud forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus: nisi forte Demetrius§ Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens; dulcis tamen ut Theophrasti|| discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum sit iudicium: utrumque certe secuti sumus.

* *Quantum*—pœnitebit. As long as you are satisfied with your own improvement.

† *Volumus*. Cratippus was of the Peripatetic sect; Cicero himself of the Academic. Agreeing, as both did, in bearing respect to Socrates and to Plato, the difference between them cannot, he says, be considerable.

‡ *Ornate*. In three words, the requisites for the due communication of our ideas are enumerated and placed in their order. The language in which they are expressed should be *appropriate, clear, elegant*.

§ *Demetrius*. Born at Phaleron, one of the ports of Athens. During the reign of Cassandar in Macedon, and under his influence Demetrius was chief magistrate in Athens; being afterwards banished, he died in Egypt.

|| *Theophrasti*. A native of Lesbos and disciple of Aristotle, whom he succeeded as instructor of the Peripatetic school. During a long life, he became a voluminous author: but of his works, enumerated by Diog. Laert. V. 42. his ἠθικοὶ χαρακτῆρες, and his treatise περὶ φυτῶν have alone been preserved entire. Cicero says of him, Brut. 31. *Nemo Theophrasto dulcior*.

Equidem et Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere; et Demosthenem, si illa, quæ a Platone didicerat, tenuisset et pronuntiare voluisset, ornatè splendideque facere potuisse. Eodemque modo de Aristotele et Isocrate judico; quorum uterque suo studio delectatus, contempsit alterum.*

CAP. II. *Quam late pateant officia: quinam Philosophi de officiis dicere queant.*

SED cum statuissem scribere ad te aliquid hoc tempore, et multa posthac, ab eo ordiri volui maxime, quod et ætati tuæ esset aptissimum, et auctoritati meæ.† Nam cum multa sint in philosophia et gravia, et utilia accurate copioseque a philosophis disputata: latissime patere‡ videntur ea, quæ de officiis tradita ab illis et præcepta sunt. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid,§ neque si cum altero contrahas, vacare officio || potest: in eoque et colendo, sita vitæ est honestas omnis, et in negligendo, turpitudine.

Atque hæc quidem quæstio communis est omnium philosophorum. Quis est enim, qui nullis officii præ-

* *Alterum.* The study and pursuit of the other.

CHAPTER II.

† *Auctoritati meæ.* In several MSS., though not those of highest authority, *gravissimum* is added; the sense receives little improvement by its insertion: *most suitable to my character*, implies his own high opinion of it.

‡ *Latissime patere.* To have the most extensive influence.

§ *Agas quid.* The duties imposed by the law of nature have been distinguished by moralists into three classes; 1st. Those which regard the Supreme Being; 2d. Ourselves; 3d. Other men. Cicero appears to have here in view the second class.

|| *Officio.* The noun is derived from the verb *officio*, used in a sense long antiquated. The preposition has had, in this instance, the same influence on the verb, as in the composition of *oblecto*, *obsequor*, *obtempero*, *obedio*; that of accommodating or making applicable. Hence another secondary application of *officium* and *officiosus* in the sense of *obligation* or *favour*.

ceptis tradendis* philosophum se audeat dicere? Sed sunt nonnullæ† disciplinæ, quæ propositis bonorum et malorum finibus, officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum, idque suis commodis, non honestate metitur; hic si sibi ipse consentiat et non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem. Fortis vero, dolorem summum malum judicans, aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certe nullo modo potest.

Quæ quamquam ita sint in promptu, ut res disputatione non egeat, tamen sunt a nobis alio loco‡ disputata. Hæ disciplinæ igitur si sibi consentaneæ velint esse, de officio nihil queant dicere. Neque ulla officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ tradi possunt, nisi aut ab iis, qui maxime honestatem propter se dicant expetendam.§ Ita propria est ea præceptio Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli jam pridem explosa|| sententia est:

* *Nullis*—*tradendis*. That is, *si nulla a se tradantur*. This participle has occasionally a present signification, as cap. 8. *Ac de inferenda quidem injuria satis dictum est*.

† *Nonnullæ*. The Epicurean sect is alluded to: their opponents imputed to them the opinion that pleasure is the supreme good, and pain the supreme evil. De Fin. II. ii. Tusc. Q. V. 30.

‡ *In alio loco*. In his treatise De Finibus, and Tusc. Quæst.

§ *Expetendam*. The Stoics maintained that the τὸ πρέπον alone should be pursued; in which opinion Socrates concurs: the Academics and Peripatetics held, that it is to be pursued in the first place. According to all these philosophers, therefore, virtue is identified with propriety. In the opinion of Epicurus, it consists in the judicious pursuit of our own interest and happiness, or in the due government of the selfish affections. By a third set of philosophers, called the latter Platonics or Eclectics, virtue is made to consist exclusively in the exercise of those affections which aim at the happiness of others. In their opinion, disinterested benevolence is the only motive which can stamp on any action the character of virtue. Under one of these classes, the different accounts of the nature of virtue, which have been given in ancient or in modern times, may easily be reduced. Adam Smith, in his Theory of Moral Sentiments, Part VII. sec. 2, discusses the subject at length, and points out the concurrence or discordance of these different systems.

|| *Explosa*. The taste, which the Romans had formed for public sports, and for the theatre, has led to the adoption of several meta-

qui tamen haberent jus suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset. Sequimur igitur, hoc quidem tempore et hac in quæstione, potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est, ante definire, quid sit officium: quod a Panætio prætermissum esse miror.* Omnis enim, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.†

CAP. III. *Officiorum divisio.*

OMNIS de officio duplex est quæstio. Unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum:‡ alterum, quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes usus

phors from that source. This word answers to our *hissed off*. Aristo, a native of Chios, and Herillus, a Carthaginian, were disciples of Zeno, but carried the Stoical opinions to a degree of extravagance. Pyrrho was the leader of the skeptics. The opinions of these philosophers are classed together, as tending to disturb the landmarks which distinguish Virtue from Vice. De Fin. lib. ii. c. 13; lib. iii. c. 3; lib. iv. c. 14 and 16. Diog. Laert. lib. vii. and viii.

* *Panætio*——*miror*. Born at Rhodes; a philosopher of the Stoic sect. No part of his works has reached posterity. Cicero has said of him, De Fin. lib. iv. c. 9, “Homo imprimis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Læli.”

† *Disputetur*. No direct definition of the word *Officium* is however given. In the next chapter, Cicero proceeds to distinguish and classify duties.

CHAPTER III.

‡ *Finem bonorum*. The first inquiry is stated to be as to the relation which our several duties bear to the *finis bonorum*, equivalent to the *summum bonum*, thus defined by Cicero himself, De Fin. lib. iii. “Relinquitur ut summum bonum sit, vivere scientiam adhibentem earum rerum quæ natura eveniant, seligentem quæ secundum naturam; et si quæ etiam contra naturam sunt, rejicientem; id est, convenienter congruenterque naturæ vivere.” According to their tendency to attain this object, the virtues are severally to be valued and classed. This first portion of the inquiry may be termed the theoretical; the second, which may be termed the practical, examines the influence of the several rules of morality on our conduct in life.

vitæ conformari possit. Superioris generis hujus modi exempla sunt ; omniane officia perfecta sint ; numquid officium aliud aliò majus sit, et quæ sunt generis ejusdem. Quorum autem officiorum præcepta traduntur, ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur : de quibus est nobis his libris explicandum.

Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium* dicitur, et perfectum. Perfectum officium,† rectum, opinor, vocemus, quod Græci *κατὸρθωμα*, hoc autem commune‡ officium vocant. Atque ea sic definiunt, ut, rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant ; medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.§

* *Medium officium.* By the Stoics, the *media officia* are classed neither among *bona* nor *mala* ; De Fin. lib. iii. "Sed cum quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus ; consentaneum tamen est fungi officio, cum id officium nec in bonis ponamus nec in malis : est enim aliquid in his rebus probabile, et quidem ita ut ejus ratio reddi potest. Ex quo intelligitur officium medium quoddam esse quod neque in bonis ponatur neque in contrariis, quoniamque in iis rebus quæ neque in virtutibus sunt neque in vitiis, est tamen quiddam quod usui possit esse, tollendum id non est."

† *Perfectum officium.* This sentence is suspected by Facciolati to be an interpolation founded on a gloss brought into the text from the margin. At least it is parenthetical. After the word *commune*, Maturantius, an early editor, introduced the word *καθῆκον*, which is retained in many modern editions, although not known to be warranted by a single MS. The Stoics did not in fact distribute our duties into *κατὸρθώματα* and *καθῆκα* : on the contrary the *καθῆκον* was the genus divided into two species, the *κατὸρθωμα* and *καθῆκον μέσον*, corresponding with Cicero's *officium rectum*, and *officium commune*.

‡ *Hoc autem commune.* In this instance *hoc* refers to that which is most remote, *medium officium* ; and is used for *illud*. *Hic* is not unfrequently thus employed by Cicero. Sanct. Minerva. ii. 9.

§ *Reddi possit.* Maturantius adduces as instances of the *officium medium* ; when Timophanes of Corinth attempted to make himself despotic master of his native city, his brother Timoleon, instead of giving him aid, put him to death. In this case the *ratio probabilis* was the duty which Timoleon owed to his country. Again, one friend requires repayment from another of a sum borrowed : this is refused, as the borrower knows that it would be employed in a mode injurious to their common country.

Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio. Nam, honestumne factu sit an turpē, dubitant, id, quod in deliberationem cadit : in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut anquirunt aut consultant, ad vitæ commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint juvare, et suos, conducat id, necne, de quo deliberant: quæ deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi.

Hac divisione, cum præterire aliquid maximum vitium in dividendo sit, duo prætermittuntur. Nec enim solum, utrum honestum an turpe sit, deliberari solet, sed etiam, duobus propositis honestis, utrum honestius; itemque, duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur.* Primum igitur† est de honesto, sed dupliciter; tum pari ratione de utili; post de comparatione eorum disserendum.

CAP. IV. *Commune esse omnium animantium ut se suosque tueantur. Veri investigationem propriam esse hominis, neque ullum aliud animal sentire quid sit ordo.*

PRINCIPIO generi animantium omni est a natura tritum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea,

* *Debere reperitur.* Ciceronis, de Officiis, quæstiones sunt; I^o. Honestum, an turpe. II^o. Honestum, honesto, honestius. III^o. Utile, an inutile. IV^o. Utile, utili, utilius. V^o. De Comparatione. *Retuleius.*

† *Primum igitur.* Not *primo*; by which would have been signified rather the time than the order of the explanation.

quæ nocitura videantur, omniaque, quæ* sint ad vivendum necessaria, anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis ejusdem. Commune autem† animantium omnium est conjunctionis appetitus, procreandi causa, et cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque præsens est, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum aut futurum.‡ Homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat; similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit atque adnectit futuras; facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias.

CHAPTER IV.

* *Omniaque quæ.* Cicero does not seem to have been averse to the collision of syllables of similar sound. In the 12th chapter, *belloque quæritur*, are placed together. Lib. ii. c. 9, *quoque quidam*. c. 17, *omniaque quæ*: the same words De Nat. D. III. 7; and again lib. iv. De Fin. c. 21. In the present instance, the same sound is in the same sentence repeated six times. In the French language, the perpetual recurrence of these very syllables has been remarked as tiresome: One of their best writers, M. de La Harpe, laments it in his *Cours de la Littérature*: in that work Sir Herbert Croft points out two sentences: in one of which La Harpe himself repeats this reprobated sound eight times; in the other, ten times.

† *Commune autem.* Editors of high reputation, from Aldus to Ernesti, read *item* for *autem*; but, as J. F. Heusinger maintains, without the authority of a single MS. Instances appear in the 14th and 22d chapters of this book, of *autem* used without any sense of opposition:—in lib. i. Academ. c. 4, occurs a similar instance: “Cum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem præstantissimos studio atque doctrina Xenocratem, et Aristotelem.” Scheller remarks on this passage (Obs. in priscos Scripturas quosdam. Lips. 1785. p. 193,) that *autem* is by Plautus also frequently used in the sense of *item*. Mil. III. 1. 82; iv. 4. 13. Most. III. 2. 91. Merc. i. 2. 9; but that possibly it may be thought an error of transcription for *item*, or *etiam*.

‡ *Aut futurum.* This is a just distinction between the volition of man and of other animals. The latter benefit comparatively little by experience; exercise no foresight; but are influenced exclusively by those objects which at the instant operate on their senses. *Quod adest, quodque præsens est*, appears tautology. One perhaps has crept in from the margin.

Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, et ad orationis et ad vitæ societatem; ingeneratque in primis præcipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt;* impellitque, ut hominum cœtus et celebrationes et esse, et a se obiri velit; ob easque causas studeat parare ea, quæ suppeditent et ad cultum et ad victum; nec sibi soli, sed conjugii, liberis, ceterisque, quos caros habeat, tuerique debeat. Quæ cura exsuscitat etiam animos, et majores ad rem gerendam facit.

In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, ac discere: cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, id esse naturæ hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quædam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informatus† velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis causa juste et legitime imperanti: ex quo magnitudo animi existit humanarumque rerum‡ contemptio.

Nec vero illa parva vis naturæ est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo;§ quid sit quod

* *Ingeneratque—sunt.* These words are also considered by Facciolati as an interpolation. After the first, Dr. Z. Pearce (Bishop of Rochester) proposed the insertion of *ei*.

† *Informatus.* This term is taken, not from preceptors, but from the statuary or other artist. *Informare* appears to have the same sense as the original verb, *formare*. Columella, lib. II. “Sarmentis connexus veluti funis informabitur in eam crassitudinem quam solum fossæ possit augustæ, quasi accommodatam coarctatam que capere.

Ut laus est ceræ, mollis cedensque sequatur
Si doctos digitos, jussaque fiat opus,
Et nunc informet Martem, castamque Minervam,
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.”

Animus bene a natura informatus will therefore mean, *cast in a noble mould.*

‡ *Humanarum rerum.* By these is meant, what other men prize, as wealth, luxury, &c.

§ *Ordo.* Εὐραζία; see chapter 41.

deceat; in factis dictisque qui sit modus. Itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservanda putat; cavetque ne quid indecore, effeminateve faciat;* tum in omnibus et opinionibus et factis, ne quid libidinese aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quærimus, honestum: quod etiam si nobilitatum non sit,† tamen honestum sit; quodque vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, natura esse laudabile.

CAP. V. *Quatuor esse fontes, prudentiam scilicet, justitiam, robur animi, et temperantiam; unde oriatur omne quod honestum est.*

FORMAM quidem ipsam, Marce fili, et tamquam faciem honesti vides: quæ, si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato,‡ excitaret sapientiæ. Sed omne, quod est honestum, id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur; aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum contractarum fide; aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore; aut in omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia.

Quæ quatuor quamquam inter se colligata atque im-

* *Effeminateve faciat.* Facciolati and J. M. Heusinger agree that at least the word *faciat* has been taken from the margin, and should be expunged; but the latter thinks that the words following, *tum in omnibus et opinionibus, et factis*, have no better authority.

† *Nobilitatem non sit.* *Though not loudly praised.*

CHAPTER V.

‡ *Ait Plato.* The whole passage is—'Ἡ φρόνησις οὐχ ἑραται, δεινοὺς γὰρ ἂν παρείχεν ἔρωτας, εἰ τοιοῦτον ἑαυτῆς ἑναργὲς εἰδῶλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. In Phæd.

plicata sunt,* tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur. Velut ex ea parte, quæ prima descripta est, in qua sapientiam et prudentiam ponimus, inest indagatio atque inventio veri; ejusque virtutis hoc munus est proprium.

Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic, quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas.

Reliquis autem tribus [virtutibus] necessitates positæ sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitæ continetur; ut et societas hominum conjunctioque servetur, et animi excellentia magnitudoque, cum in augendis opibus, utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis, eluceat. Ordo autem, et constantia, et moderatio, et ea, quæ sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quemdam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

CAP. VI. *Scientiæ cupiditatem a Natura homini datam: duo vitia vitanda esse, nimirum incognita pro cognitis habere, et in res obscuras et inutiles nimium studii impendere.*

Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. Omnes

* *Implicata sunt.* These virtues not only have a necessary relation, but they have a necessary reliance on each other's aid. Prudence enlightens justice in the discharge of her duties; courage is often requisite to sustain justice; but to prevent that courage from becoming rashness, temperance or moderation prescribes its bounds.

enim trahimur et ducimur* ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus.† In hoc genere, et naturali et honesto, duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamur: quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res, et tempus, et diligentiam.

Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis et cognitione dignis operæ curæque ponetur, id jure laudabitur: ut in astrologia‡ C. Sulpicium§ audimus, in geometria Sex. Pompeium|| ipsi cognovimus, multos in dialecticis,

CHAPTER VI.

* *Trahimur et ducimur.* The distinction between these verbs is made neatly by *Seneca*. Ep. 107. "Ducunt volentem Fata; nolentem trahunt."—Dumesnil's *Synonymes*, 489.

† *Nescire, decipi, et malum et turpe ducimus.* This surely is put too strongly. Whether ignorance be disgraceful or not, depends on circumstances. The wisest man cannot be omniscient: the more extensive indeed the sphere of his knowledge, the more conscious must he be of his deficiencies. It would seem that in two instances only ignorance can deserve such unqualified reprobation. 1st. Where that knowledge has not been acquired which each man's duties and station in life make requisite. 2d. Where a man assumes and takes credit for knowledge, whether requisite or not, on subjects of which he is discovered to be ill-informed. The duty of acquiring information may be incumbent not only on individuals, but on communities; and the neglect of acquiring it may, on some occasions, reflect on them great discredit. We have, for instance, been in possession of a settlement on the coast of New Holland, for a period of time equal to a generation of man: several millions of money have been expended in colonizing and maintaining that settlement; but to this day the country in the interior is utterly unknown to us. Such ignorance may indeed be termed both *malum et turpe*.

‡ *Astrologia.* Now termed Astronomy: the knowledge of the motion and relations of the heavenly bodies. By *Seneca*, Ep. 95, this science appears distinguished by the modern name.

§ *C. Sulpicium.* In a war against Perses, king of Macedonia, C. Sulpicius Gallus warned his countrymen of an eclipse which was to take place on the day of battle.

|| *Sex Pompeium.* Uncle of the great Pompey. *Cic. in Brut.* c. 47

plures in jure civili. Quæ omnes artes in veri investigatione versantur, cujus studio a rebus gerundis abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit : * a qua tamen fit intermissio sæpe, multique dantur ad studia reditus : tum agitatio mentis, † quæ numquam adquiescit, potest nos in studiis cogitationis, ‡ etiam sine opera nostra, continere. Omnis autem cogitatio motusque animi aut in consiliis capiendis de rebus honestis, et pertinentibus ad bene beateque vivendum, aut in studiis scientiæ cognitionisque versabitur. Ac de primo quidem officii fonte diximus.

CAP. VII. *Latissime patere justitiam : duo esse justitiæ munera ; duoque injustitiæ genera ; cujus causæ indicantur.*

DE tribus autem reliquis § latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, et vitæ quasi communitas continetur : cujus partes duæ ; justitia, in qua

* *In actione consistit.* “The most sublime speculation of the contemplative philosopher can scarce compensate the neglect of the smallest active duty.” Adam Smith.

† *Tum agitatio mentis.* Tum is here used in the sense of *præterea*, as Ep. ad Div. v. 13. 5. “Casus enim gladiatorii similitudinesque eæ, tum rationes in ea disputatione a te collectæ vetabant me Reip. penitus diffidere.” Cælius ad Cic. VIII. 14. 7 : “Nam mihi cum hominibus his, et gratia, et necessitudo est ; tum causam illam, non homines odi.”

‡ *In studiis cogitationis.* Several MSS. have *cognitionis*, but the present reading, warranted by those of best authority, is preferred both by Ernesti and the Heusingers. Cicero seems to inculcate the constant exercise of the mind’s energies, and assigns two reasons for holding that this is not incompatible with a state of action, which he admits to be the primary duty of man. 1st. There are intermissions of labour, when the attention can profitably be directed to subjects of private meditation. 2d. Perfect leisure is not requisite : even amid the business of life, moments occur when the mind may be employed *sine opera nostra*, without any immediate effort. “Cogitatio enim, quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adjuvatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid invenit vacui, nec otium patitur.” Quintil. de Orat. X. 6.

CHAPTER VII.

§ *De tribus autem reliquis.* The three other virtues are justice, fortitude, temperance.

virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur: et huic conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem,* vel liberalitatem appellari licet. Sed justitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus injuria:† deinde ut communibus utatur pro communibus,‡ privatis ut suis.

Sunt autem privata nulla natura, sed aut vetere occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt; aut victoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, pactione, conditione, sorte.§ Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatium dicatur; Tusculanus, Tusculanorum: similisque est privatarum possessionum descriptio.¶ Ex quo quia suum cujusque fit, eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Eo, si qui sibi plus appetet, violabit jus humanæ societatis.

Sed quoniam, ut præclare scriptum est a Platone,¶

* *Benignitatem*. “Hic palam docet Tullius benignitatem non significare mansuetudinem quemadmodum vulgus putat, sed beneficentiam et liberalitatem.” Erasmus. Admitting that it may be used to express beneficence, still it is probable from the derivation of *benignus*, that its original meaning was to express benevolence, a noble disposition, a noble nature: *εὐγενής*. It seems formed from *bene*, and the ancient participle of *gignor*; as its opposite *malignus* from *male* and the same participle. The formation has been similar of *privignus*; corresponding with the Greek, *πρόγονος*.

† *Nisi lacessitus injuria*. On entering into society, men renounce the right of inflicting by their own hands punishment on aggressors. The sword of justice, by general consent, remains with the magistrate. In cases, indeed, where the law and the magistrate cannot afford protection, and where the danger is imminent, they are justified in repelling force by force.

‡ *Ut communibus*. Not as his own property: not plucking a stake out of the public hedge.

§ *Conditione, sorte*. Antecedent to any of the means here enumerated, things in a state of nature must have been appropriated in some other mode. Locke thus elucidates the point: “*Whatever a man removes out of the state that nature hath provided and left it in, he hath mixed his labour with, and joined to it something that is his own; and makes it his property.*” Locke on Government, ch. v. 4.

¶ *Descriptio*. The assignment, or appropriation by authority.

¶ *Platone*. Ep. IX. ad Archytam. “Ἀλλὰ κακείνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἢ πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.” The same passage Cicero had in view, Lib. II. de Fin. “Atque ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli naturn meminerit, sed

non nobis solum* nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici; atque ut placet Stoicis, † quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari; homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, ‡ dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus, devincire hominum inter homines societatem. Fundamentum est autem justitiæ fides; id est dictorum conventorumque constantia et veritas. Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta; credamusque, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem. § Sed injustitiæ genera duo sunt: unum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam. || Nam

patriæ, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur." In both these paraphrases, it is observable that Cicero omits the claim expressly assigned to parents: perhaps his meaning was, that parents were included among friends.

* *Non nobis solum.* So all MSS. and early editions; not *solis*; which reading Ernesti adopts: Scheller thinks the correction unnecessary, citing Phil. II. c. 32. 'Nos nuntiationem *solum* habemus.'

† *Ut placet Stoicis.* In particular, Chrysippus. Vide De Fin. lib. III. c. 20, and De N. Deorum, lib. II. c. 62. Some editors expunge *ut*, on account of the infinitives following *placet*. Scheller thinks *creari* should be corrected to *creata, sunt*, &c. Pearce, for *atque* reads *constatque*: Olivet, following Lambinus, reads *atque ita placet*. Heumann, *utque placet*. No MS. has been referred to, warranting any of these readings: the present is confirmed by an extract from the venerable Bede, who had quoted it in the same terms.

‡ *Mutatione officiorum.* By reciprocal good offices.

§ *Fidem.* By what process *fides* used in its present sense can be formed from any verbal derived from *fio*, it is difficult to divine. The ordinary opinion is much more probable that *fides* is derived from a noun of similar import, formed from *πίθω*; as *πίστis* Æolice *πίστις*.

|| *Unum—injuriam.* According to the distribution of modern ethics, the second would be classed among the violations of imperfect obligations. In all cases, and at all times, we must abstain from inflicting injuries on others: we are liable to punishment, in a state of society, and bound to make retribution always, for the injuries we ourselves commit: but the duty of interference in the

qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira. aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus afferre videtur socio : qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio,* quam si parentes [aut amicos] aut patriam deserat.

Atque illæ quidem injuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpè a metu proficiscuntur ; cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem† ad injuriam faciendam aggrediuntur ut adipiscantur, ea, quæ concupiverunt ; in quo vitio latissime patet avaritia.

* *Res rationesque contractæ.* A scholiast on one of the MSS. used by the Heusingers thus distinguishes: *Contractus quandoque fit rei, quandoque rationis. Rei cum fit venditio. Rationis, cum hoc modo, ut si hoc feceris, dabo tibi centum solidos. Contractus est ultro citroque obligationem pariens.* On other occasions Cicero is found to join these terms used in a legal sense. Pro Quinct. c. 5. "Nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset." Pro Cluent. c. 14, "Cum illo nemo jam rationem, nemo rem ullam contrahebat."

† *Consobrinorum.* The term *consobrini* was probably first applied to children of sisters: quasi *consororini*. *Sobrini* are the children of *consobrini*. In this passage and elsewhere, the term *consobrini* is taken in an extended sense, comprehending the children of brothers (*patrueles*) as well as of sisters; all first cousins: *sobrini*, the grandchildren of each, second cousins. Pro Ligar. c. 4, T. Brocchus is called *consobrinus* to Ligarius, the fathers of each being brothers.

‡ *Publicarum.* These two sentences within brackets, Facciolati had pronounced to be spurious. Gernhard concurs. The train of reasoning is unnecessarily interrupted by them.

eadem habere monumenta majorum, eisdem uti sacris, sepulcra habere communia.

Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti. Illud enim honestum (quod sæpe dicimus) etiam si in alio cernimus, tamen nos movet, atque illi, in quo id inesse videtur, amicos facit.

Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur: tamen justitia, et liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est amabilius, nec copulatius,* quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates, in his fit, ut æque quisque altero delectetur, ac se ipso: efficiturque id, quod Pythagoras† vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficiis ultro citro datis acceptisque, quæ et mutua, et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur‡ societate.

Sed cum omnia ratione animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior, quam ea, quæ cum republica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui

* *Copulatus*. Passive participles are sometimes employed in the sense of the adjectives in *bilis*: as “Quæ enim vox potest esse contemptior quam Milonis Crotonitæ.” Cato Major, 9. *Accessus*, *conspiculus*, *infectus*, *invictus*, &c. are found used in a similar sense. In Greek the same interpretation is occasionally put on the passive perf. part.: Heyne’s Homer, xiv. 196. 6th vol. 565. For *copulatus*, Bishop Pearce approves *copulantius*, found in some MSS.

† *Pythagoras*. Conf. De Legg. i. 12. The same philosopher replied to the inquiry, What was a friend? Ἄλλος ἐγώ. The verb *velle* is frequently employed in defining, c. 27, *Definiunt ut id decorum velint*. Tusc. Q. 4, “Opinationem—volunt esse imbecillam assensionem.”

‡ *Devinciuntur*. Subintell. *illi*—those persons are united by a firm band.

lacerarunt omni scelere patriam, et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt.*

Sed si contentio quædam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis† obligati sumus: proximi, liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum communis etiam fortuna plerumque est. Quam ob rem necessaria præsidia vitæ debentur iis maxime, quos ante dixi: vita autem victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiiis vigent maxime: estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit.‡

CAP. XVIII. *Quædam officia aliis magis quam aliis debentur. Exercitatio capienda est, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus.*

SED in his omnibus officiis tribuendis videndum erit, quid cuique maxime necesse sit, et quid quisque vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Ita non iidem erunt necessitudinum gradus, qui temporum;§ suntque officia, quæ aliis magis, quam aliis de-

* *Sunt et fuerunt.* Alluding evidently to C. J. Cæsar, and to M. Antony.

† *Maximis.* This reading seems justly preferred by Ernesti, and most editors, to *maxime*, which J. F. Heusinger adopts. *Magno beneficio ejus, magnoque merito sum obligatus.* Epist. in Fam. xi. 16.

‡ *Estque—conjugavit.* This sentence is superfluous, as it is but a repetition of the preceding; "Nihil autem—bonorum." And the question is not here as to the degree in which friendships are agreeable, but as to the duties which friendship imposes. Facciolati and other editors reckon this, therefore, among the interpellations.

CHAPTER XVIII.

§ *Temporum.* Under peculiar circumstances, the duties which friends and relations owe to each other may give way to other ties. For instance: the preference which a near neighbour is entitled to claim during harvest.

beantur : ut, vicinum citius adjuveris in fructibus percipiundis, quam aut fratrem, aut familiarem : [at,] si lis in iudicio sit, propinquum potius et amicum, quam vicinum defenderis. Hæc igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio, et consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores* officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuique debeat, intelligas.

Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta preceperint, quidquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt: sic officii conservandi præcepta traduntur illa quidem, ut facimus ipsi; sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. Atque ab iis rebus, quæ sunt in jure societatis humanæ, quem ad modum ducatur honestum, ex quo aptum† est officium, satis fere diximus.

Intelligendum est autem, cum proposita sint genera quatuor, ex quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod animo magno elatoque,‡ humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probis maxime in promptu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem,
Illa virago viri.§

* *Ratiocinatores.* Arithmeticians: *quæ reliqui summa*: id est, quantum relinquatur, deductis et additis quæ oportuit. Erasm.

† *Aptum.* This is a participle derived from a verb no longer in use: perhaps, *apiscor*. Cicero has used it in the sense; composed of, prepared from, or with. Atque ex his tribus generibus honestorum notatis, quantum sequitur, aptum ex illis tribus. Fin. ii. 14. Totus aptus ex sese. paradox. ii. Causæ aliæ ex aliis aptæ. Tusc. v. 25. See i. 28, *apta compositione membrorum*. iii. 29, *apta pinnis*. For *aptum*, some early editions have here, *ortum*, which Facciolati prefers: others, as well as some MSS., *actum*.

‡ *Elatoque.* In one MS. this word is found transposed, but is not omitted in any. It does not appear in Heusinger's text.

§ *Virago viri.* These are verses, probably, of Ennius, but whether applied to Clelia, (Val. Max. iii. 2,) or to whom, is altogether uncertain.

Et si quid ejusmodi :

Salmaci, da* spolia, sine sudore et sanguine.

Contraque in laudibus, quæ magno animo, [et elato†] fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris ; hinc noster Cocles, hinc Decii, hinc Cnæus et Publius Scipiones, hinc M. Marcellus, innumerabiles alii : maximeque ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari.

CAP. XIX. *Tertiam virtutem, quæ erat fortitudo, proponit Cicero : quas virtutes debeat habere commites : quibus vitiis infici soleat.*

SED ea animi elatio, quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. Non enim modo id virtutis non est, sed est potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro† æquitate. Quocirca nemo,

* *Salmaci, da.* That Ennius composed these verses, Festus attests. In many MSS. the two words are joined, and *s* added—*Salmacidas* ; a few, and the Venetian edition of 1493, give *Salmacidas*. A fountain in Caria, near Halicarnassus, and a nymph who habitually bathed in it, bore the name of *Salmacis*. *Metamorphos.* iv. 285. The use of its waters was represented by the poets as making men effeminate : hence the appellation was probably bestowed proverbially on men of suspected courage, who might be supposed ready to surrender their spoils, ἀνδρωτὶ καὶ ἀναίμωνι, to a braver antagonist.

† *Elato.* This word, which the Heusingers excluded in a preceding paragraph, is, in their edition, here inserted on the faith of ancient editors.

CHAPTER XIX.

‡ *Propugnantem pro.* The precise passage in their writings in which this definition appears, has not yet been discovered. *Pugnantem* is found in early editions, and in some MSS. Another instance of the compounded verb with the preposition repeated, occurs lib. xi. ep. 6. "Cum equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret."

qui fortitudinis gloriam consecutus est, insidiis et malitia, laudem est adeptus. Nihil honestum esse potest, quod justitia vacat.

Præclarum igitur illud Platonis.* Non solum, inquit, scientia, quæ est remota ab justitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda: verum etiam animus† paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat quam fortitudinis. Itaque vires fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices, veritatis amicos minimeque fallaces esse volumus: quæ sunt ex media laude‡ justitiæ.

Sed illud odiosum est, quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Ut enim apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum§ inflammatum esse cupiditate vincendi: sic ut quisque animi magnitudine maxime excellet, ita maxime vult princeps omnium,

* *Illud Platonis.* In Epitaph. πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία. οὐ σοφία, φαίνεται.

† *Animus.* In the writings of Plato now extant, no passage has been discovered of this exact import: One occurs, approaching it in sense. In Lachete—

Ἐγὼ δὲ ἀνδρίας μὲν καὶ προμηθείας πάνν τιςὼν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖναι, θρασύτητος δὲ καὶ τόλμης καὶ τοῦ ἀφόβου μετὰ ἀπρομηθείας πάνν πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ θηρίων. Ταῦτα οὖν ἂ σὺ καλεῖς ἀνδρεία, καὶ οἱ πολλοὶ, ἐγὼ θρασέα καλῶ.

‡ *Ex media laude.* Which are points in a man's character, bearing an intimate relation to justice. Facciolati interprets, *ex ipso justitiæ funto.* A scholiast, on one of the MSS. used by Heusinger, *ex intima laude justitiæ.* A similar expression occurs in Bruto, c. 97, "Adolescentiam per medias laudes, quasi quadrigis vehementem." And lib. ix. ad Divers. ep. 8, "Nosti profecto os ejus adolescentioris Academiæ: ex ea igitur media, excitatos misi."

§ *Morem Lacedæmoniorum.* The national spirit of the Lacedæmonians: the passion for victory was rooted in their breasts: all their habits tended to inflame it. The passage of Plato occurs in Lachete, near the beginning. Ὅτι οἶμαι ἐγὼ τοῦτο, εἴ τι ἦν, οὐκ ἂν λεληθέναι Λακεδαιμονίους οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν ὅτι ἂν μαθόντες, καὶ ἐπιτηδεύσαντες, πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. A short passage has also been cited by Gronovius, as likely to have been referred to by Cicero:

Τὸν φιλόνεικον καὶ φιλότιμον, κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἐσιτῶ-τα πολιτείαν.
But the former was more probably in Cicero's recollection.

vel potius solus esse. Difficile autem est, cum præstare omnibus concupieris, servare æquitatem, quæ est justitiæ maxime propria. Ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se, nec ullo publico ac legitimo jure patiantur :* existuntque in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam justitia pares. Sed quo difficilius, hoc præclarius. Nullum est enim tempus, quod justitia vacare debeat.

Fortes igitur et magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam. Vera autem et sapiens animi magnitudo, honestum illud, quod maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria judicat: principemque se esse mavult, quam videri. Etenim qui ex errore imperitiæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res injustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriæ cupiditate. Qui locus est sane lubricus, quod vix invenitur, qui, laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

CAP. XX. *Nunquam esse causam peccandi.*

OMNINO fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur: quarum una in rerum externarum despicientia† ponitur, cum persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque‡ homini,

* *Putiantur.* Facciolati here remarks the change of number to the plural, which he says is not unusual with Cicero, when turning the discourse to men in general.

CHAPTER XX.

† *Despicientia.* This must not be interpreted as recommending perfect apathy; but rather the disregard of that which lies wholly within the power of others, or of fortune.

‡ *Nullique neque.* The use of two negatives, in a negative sense, is not frequent in Latin authors. In this and another instance, c. 26, *nullus* and *neque*, in conjunction, are however to be interpreted negatively. They are also thus employed by Virgil:

neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, ut, cum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem et maxime utiles, sed ut vehementer arduas plenasque laborum, et periculorum tum vitæ, tum multarum rerum, quæ ad vitam pertinent.

Harum rerum duarum splendor omnis et amplitudo, addo etiam utilitatem, in posteriore est: causa autem et ratio efficiens magnos viros, est in priore. In eo est enim illud, quod excellentes animos et humana contemnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus, si et solum id, quod honestum sit, bonum iudices, et ab omni animi perturbatione liber sis. Nam et ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est: et ea, quæ videntur acerba, quæ multa et varia in hominum vita fortunaque versantur, ita ferre, ut nihil a statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapientis, robusti animi est magnæque constantiæ.

Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. Quam ob rem et hæc videnda,* et pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi tamque parvi, quam amare divitias: nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Cavenda est etiam gloriæ cupiditas, ut supra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut

“Nulla neque amnem—Libavit quadrupes.” Ecl. v. 25, and by Propertius, (ii. 19.)

“Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras.”

* *Videnda*. For *cavenda*: as, *videndum*—*ne obsit benignitas*, c. 14. In many MSS. is found *videnda*; which reading, Toup, in his remarks on Bishop Pearce; Humann; and Facciolati, approve. Several MSS. also, add *sunt*.

non accipienda interdum, aut deponenda non nunquam.

Vacandum autem omni est animi perturbatione, tum cupiditate et metu, tum etiam ægritudine et voluptate [animi,] et iracundia; ut tranquillitas animi* et securitas adsit, quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem et sunt, et fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se removerunt, ad otiumque perfugerunt. In his et nobilissimi philosophi† longèque principes, et quidam homin esseveri et graves, qui nec populi nec principum‡ mores ferre potuerunt: vixeruntque non nulli in agris, delectati re sua familiari. His idem propositum fuit, quod regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur: cujus proprium est, sic vivere, ut velis.

CAP. XXI. *Honores ab otiosis negligi; quibus capessenda sit respublica: quid ab iis desideretur; quæ vitia fugere debeant.*

QUARE, cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum iis, quos dixi, otiosis:† alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant: alteri, si contenti sint et suo, et parvo. In quo neutrorum omnino contemnenda sententia est: sed et facilior, et tutior, et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui se ad rempublicam et ad magnas res gerendas accommodaverunt.

* *Animi.* Thrice in the same sentence, this word recurs. In some MSS. the second, in others, the third *animi* is omitted: but Quintil. (lib. viii. c. 3,) has noticed that such repetitions are not infrequent in Cicero's writings.

† *Nobilissimi philosophi.* Of whom were Socrates, Plato, Aristotle, Zeno, and Epicurus.

‡ *Principum:* of leading individuals.

CHAPTER XXI.

§ *Otiosis:* who live in privacy, meddling not with public affairs.

Quapropter et iis forsitan concedendum sit* rempublicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt: et iis, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua graviore causa impediti, a republica recesserunt, cum ejus administrandæ potestatem aliis laudemque concederent. Quibus autem talis nulla sit causa, si despiciere se dicant ea, quæ plerique mirentur, imperia et magistratus; iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Quorum iudicium in eo, quod gloriam contemnant, et pro nihilo putent, difficile factu est non probare: sed videntur labores et molestias, tum offensionum† et repulsarum quasi quamdam ignominiam timere et infamiam. Sunt enim, qui in rebus contrariis parum sibi constant: voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea quidem non satis constanter.

Sed iis, qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, et gerenda respublica est. Nec enim aliter aut regi civitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem rempublicam nihilo minus, quam philosophis, haud scio an magis etiam, et magnificentia, et despicientia adhibenda sit rerum humanarum, quam sæpe dico, et tranquillitas animi atque securitas: si

* *Concedendum sit.* The idiom of our own tongue agrees with this expression; *allowances are to be made for those persons of genius, who, giving themselves up to study, decline engaging in public business.*

† *Offensionum.* Commentators differ in the interpretation to be given this word. In the ordinary and most obvious sense of *offences, quarrels*, no ignominy, at least, can attach on these. The verb *offendere* is, however, sometimes employed by Cicero in the sense of the Greek *προσκρούσαι*, a metaphor taken from impediments to travelling on a rugged road; in the sense of failure, disappointment in obtaining the object sought. This is probably its present meaning. Pro Cluent. c. 25, Cicero employs *offensionem*; and Pro Planc. "*offensiunculam*," for *repulse*. Pro Lege Manil. c. 9. "Hic in ipso illo malo gravissimæ belli *offensione*," for *defeat*. Some MSS. repeat *tum* before *repulsarum*, but unnecessarily; instances occur of *tum*, without *cum* preceding, or *tum* following. Ad. Divers. lib. v. ep. 13, lib. xiii. ep. 42, and elsewhere.

quidem nec anxii futuri sunt, et cum gravitate constantiaque victuri. Quæ faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quæ fortuna feriat, et quo minus multis rebus egent: et quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere non possunt. Quocirca non sine causa majores motus animorum concitantur, majoraque efficienda* rempublicam gerentibus, quam quietis; quo magis his et magnitudo est animi adhibenda, et vacuitas ab angoribus.

Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet, propter ignaviam: aut nimis confidat, propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis, prius quam adgrediare, adhibenda est præparatio diligens.

CAP. XXII. *In rebus arduis, vel pacis vel belli, conspicui animi magnitudinem. Domesticus fortitudines non inferiores esse militaribus.*

SED cum plerique arbitrentur res bellicas majores esse quam urbanas, minuenda† est hæc opinio. Multi enim bella sæpe quæsierunt propter gloriæ cupiditatem. Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit, eoque magis, si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus judicare, multæ res exstiterunt urbanæ majores clarioresque, quam bellicæ.

Quamvis enim Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio

* *Efficienda.* Majorque cura efficiendi, is the reading found in several MSS.; not disapproved by J. M. Heusinger, and admitted into the text by Gernhard.

CHAPTER XXII.

† *Minuenda.* Not directly contradicted; but to be received cautiously.

Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas:* non minus præclarum hoc, quam illud judicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati. Hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur.† Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille vere, ab se adjutum‡ Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus ejus, qui a Solone erat constitutus.

Licet eadem de Pausania Lysandroque dicere, quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedæmonis putatur,§ tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinæ conferendi sunt. Quinetiam ob has ipsas causas et parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scau-

* *Constituit Areopagitas.* That the court of Areopagus was first instituted by Solon, is here asserted, as well as in the life of Solon, by Plutarch; yet it appears more probable, that new functions and more extensive powers were conferred by that legislator on an ancient tribunal, which had indeed existed from the time of the foundation of the city.

† *Servantur.* In Cicero's age, the laws of Solon still governed Athens. Pro Rosc. c. 25. "Ejus porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque utantur, scripserit."

‡ *Vere, ab se adjutum.* Much variety in the MSS. appears in this passage: "ille se vere adjuvit, et Them.: ille se vere adjuvisse; ille se adjutum:" and simply, "at ille adjuvit." If the reading in the text is correct, *dixerit*, or some such verb, is to be understood. Gernhard conjectures that the true reading is; "*at ille reapse adjuvit Them.*" *Reapse*, he remarks, is used, Legg. viii. 18. Fin. v. 10. 27. Divin. i. 37. 81; as it is a word of infrequent occurrence, *vere* was first placed in the margin as a synonyme, and afterward removed into the text. However ingenious the conjecture, he was hardly justified in altering the text, as he has done, in conformity to it.

§ *Lacedæmonis putatur.* Between these words different participles are introduced in different MSS. and editions; *dilatatum, dilatatum, delatum, datum, partum.* In some, the position of this participle varies; in others (whom J. F. Heusinger follows) it is wholly omitted. The verb *putare* is employed in the sense of *æstimare*; as in Verr. iv. 7, "Si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset." Tacit. Hist. 3. 2, "Si numerus militum potius quam legionum putetur." The *Imperium*, to which Cicero alludes, is not to be understood as to the geographical extent of the country over which Sparta once ruled, but as to the predominance of that state in Greece; which is to be esteemed or valued by the exploits of Pausanias and Lysander. This passage has become obscure, possibly, by the loss of a single syllable, *imputatur* for *putatur*.

rus* C. Mario, neque, cum versaremur in republica, Q. Catulus† Cn. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Africanus, singularis et vir et imperator, in excindenda Numantia, reipublicæ profuit, quam eodem tempore P. Nasica privatus,‡ cum Ti. Gracchum interemit. Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: (attingit enim bellicam, quoniam vi manūque confecta est) sed tamen id ipsum est gestum consilio urbano, sine exercitu. Illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.§

Ut enim alios omittam, nobis rempublicam gubernantibus, nonne togæ arma cessere? neque enim periculum in republica fuit gravius|| unquam, nec majus

* *M. Scaurus*. During his consulate, A. U. C. 638, M. Æmilius Scaurus was saluted *Princeps Senatus*. Vide Sallust. Jug. xv. xxv. xxix. Aurel. Victor de Vir. illustr. c. 72.

† *Q. Catulus*. Q. Lutatius Catulus, Consul A. U. C. 675. He appears to have been a personal friend of Cicero, having bestowed on him in the senate the appellation of *Pater patriæ*. Pro lege Manil. c. xx.

‡ *Nasica privatus*. Consul A. U. C. 615. At the time Tib. Gracchus was put to death by Scipio Nasica, (the act from which Cicero was disposed to attribute so much advantage to the state,) Nasica held no public office.

§ *Laurea laudi*. Instead of *laudi*, many MSS., and all early editions, read *linguæ*. The author of the invective against Cæsar, attributed to Sallust, Quintilian, lib. xi. c. 1, and Plut. in the Life of Cicero, adhere to the same reading; but the present appears supported by the authority of Cicero himself. In his oration in Pison. c. xxx. occurs this passage: "Cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti, indicasti non modo amplissimæ sed etiam minimæ laudi lauream concessisse." Again, lib. xv. ep. 6. 3, "Quem ego currum, aut quam lauream, cum tua laudatione conferrem?" In truth, the merit which he claimed on this occasion was not confined to his tongue; other weapons were employed.

|| *Gravius*. The secret favourers of these conspirators, among whom was reckoned Cicero's own colleague in the consulate, C. Antonius, certainly increased the danger. But was it really dispelled? Did not many of the actors in it, for instance Crassus, and Cæsar, again conspire? And what was the event?

otium.* Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa† ceciderunt. Quæ res igitur gesta umquam in bello tanta? qui triumphus conferendus?

Licet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari,‡ ad quem et hereditas hujus gloriæ,§ et factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum|| deportaturum fuisse, nisi meo in rempublicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt igitur domesticæ fortitudines non inferiores militaribus: in quibus plus etiam, quam in his, operæ studiique ponendum est.

* *Otium*. *Oidium*, which seems the most probable reading, is found in many MSS., though not preferred by the Heusingers.

† *Ipsa*. In many MSS. this pronoun does not appear; in one, *ipa*: this favours a previous happy conjecture of the younger Gro-novius, that this word should be *impia*. Thus: *a republica, armis impiis, vique prohibiti, otium persequimur*. L. iii. 1.

‡ *Apud te gloriari*. The present, and every opportunity, is taken by Cicero, of paying to his own conduct during his consulate, most extravagant compliments, apparently very little merited. When a magistrate takes on himself to execute his fellow citizens, unheard and without trial, he needs some better justification than self-gratulation, or the applauses of those of his own party. It is difficult to assign any justification for putting to death the inferior agents in a conspiracy, at a moment when they were peculiarly under the protection of the laws, and when nothing could be feared from them personally; whilst a formidable party at the same moment was suffered to collect in arms, to enlist men, it would seem, without opposition; and their leader, even encouraged to join them. After the rebellion was quelled, no pains seem to have been taken by the senate, either to remove the causes of the public discontents, or to reform their constitution, ill adapted, or rather totally unfit, for the circumstances in which multiplied conquests had placed them. Another rebellion, still more formidable, speedily arose, in which their republic, as might have been expected, was completely overwhelmed. Had the party prevailed, of which Pompey was the leader, the event would not have been different.

§ *Hereditas hujus gloriæ*. “Filio meo, quem tibi charum esse gaudeo, si erit ulla Resp., satis amplum patrimonium relinquam, in memoriam nominis mei.” Ep. 2. Ad Cælium.

|| *Tertium*. Over Mithridates and Tigranes, and over the pirates Flor. iii. 5.

CAP XXIII. *Fortitudinis bellicæ officia: exercendum corpus ut consilio rationique obediat.*

OMNINO illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamen corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis, et in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati reipublicæ præsent, quam qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnumquam etiam illata: ut M. Catonis,* bellum tertium Punicum; in quo etiam mortui valuit auctoritas.

Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: sed cavendum, ne id bellandi magis fuga, quam utilitatis ratione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita videatur. Fortis vero et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici,† ut dicitur; sed præsentis animo uti et consilio, nec a ratione discedere.

Quamquam hoc animi, illud‡ etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, et quit agendum sit, cum quid evenerit; nec committere,

CHAPTER XXIII

* *Catonis.* Subintell. *consilio.* Alluding to his conviction of the policy of destroying Carthage, which was so often pronounced, and as often opposed by Scipio Nasica. Vide Plut. in Vita. Vell. Paterc. lib. i. c. 13. The third Punic war was not terminated, by the destruction of Carthage, till about three years after the death of Cato.

† *De gradu dejici.* A metaphor taken from the gladiatorial combats. *Stare in gradu,* to stand firmly in his position; *de gradu dejici, depelli, moveri;* to lose ground.

‡ *Hoc—illud.* Hoc refers to the verbs, *non perturbari nec dejici:* illud, to *præcipere,* and the verbs following.

ut aliquando dicendum sit, non putaram.* Hæc sunt opera magni animi et excelsi, et prudentia consilioque fidentis. Temere autem in acie versari, et manu cum hoste configere, immane quiddam et belluarum simile est: sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda.

CAP. XXIV. *Pergit Cicero in enumerandis officiis fortitudinis bellicæ.*

DE evertendis autem diripiendisque urbibus valde considerandum est, ne quid temere,† ne quid crudeliter. Idque est viri magni, rebus agitatis,‡ punire sontes, multitudinem conservare; in omni fortuna, recta atque honesta retinere. Ut enim sunt, quemadmodum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponunt: sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia,§ quietis et cogitatis, et splendidiora, et majora videantur.

Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa; quo esse nihil potest stultius. Quapropter in adeuntis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter ægro-

* *Non putaram.* Seneca (de Ira, ii. 31) attributes to Fabius Maximus, the remark that this expression is peculiarly unbecoming a general. Valerius Max. (lib. vii. 2) attributes it to Scipio Africanus. One instance of the superior terseness of the Latin, compared with some modern tongues, appears in this phrase. To translate it into English or French, six words are necessary.

CHAPTER XXIV.

† *Temere.* *Fiat*, understood.

‡ *Agitatis.* *Well weighed and considered: On mature reflection.* *Cogitare* seems, indeed, but a contraction of *coagitare*. Facciolati interprets; "turbatis et jactatis rebus."

§ *Calida consilia: rash, precipitate resolutions.*

πᾶλλα δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ,
καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθησᾶς ἐγώ.

Sophocl. Trachin. 1048-9.

"vide ne nimis calidum sit modo (sc. consilium)," Ter. Eun. ii. 3. 88.

tantes leniter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare, in tranquillo, tempestatem adversam optare dementis est; subvenire autem tempestati quavis ratione, sapientis: eoque magis, si plus adipiscare, re explicata, boni, quam addubitata, mali.* Periculosæ autem rerum actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim reipublicæ. Itemque alii de vita, alii de gloria et benevolentia civium in discrimen vocantur. Promtiores igitur debemus esse† ad nostra pericula, quam ad communia, dimicareque paratius‡ de honore et gloria, quam de ceteris commodis.

Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profundere pro patria parati essent; iidem gloriæ jacturam ne minimam quidem facere velent, ne republica quidem postulante. Ut Callicratidas,§ qui cum Lacedæmoniorum dux esset|| Pelopon-

* *Si plus—mali: if you receive more benefit by terminating the affair, than evil, by bringing it into hazard.* The use of *explicare*, in the sense of completing, liquidating, terminating, is not infrequent. “Peto a te ut ejus negotia explices et expedias, tum jure et potestate, tum etiam auctoritate et consilio tuo.” Ep. Fam. xiii. 26.

† *Promptiores—esse.* The interpretation which some commentators have put on this passage appears to be the direct opposite of its meaning; which is, that *We ought to be more ready to encounter danger ourselves, than to expose to danger the public weal.*

‡ *Paratius.* On the authority of one MS., J. F. Heusinger reads, *parcius.* The present reading, restored by Gernhard, is probably correct. Those persons are blamed who prefer their own reputation to their country's safety. Fabius Cunctator is commended, “qui non ponebat rumores ante salutem.” The expressions, *dimicare de gloria, de honore,* are used by Cicero for putting in danger our reputation, &c. “Qui de vita, gloriæ causa dimicant.” Pro Arch. c. 10. “Reos de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de iberis dimicantes.” Pro Sext. c. 1.

§ *Callicratidas.* Xen. lib. i. Ἑλληνικῶν. Plut. Lysand. et in Apophthegm. Lacon.

|| *Esset. Fuisset* is the reading adopted by the Heusingers. As Callicratidas was in command at the time of the defeat, Gernhard prefers *esset*, which is the reading of the several MSS. The circumstances as narrated by Xenophon and Diod. Sic. xiii. 98, do not perfectly tally with these in the text. The removal of the fleet was not advised by several, but by one man, Hermon, who commanded a single vessel. The reply of Callicratidas, according to Xenophon, was, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκίεῖται, αὐτοῦ ἀποθανοτος φεύγειν δὲ αἰσχρὸν εἶναι.

nesiaco bello, multaque fecisset egregie; vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginussis* removendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit, Lacedæmonios, classe illa amissa, aliam parare posse: se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hæc quidem Lacedæmoniis plaga mediocris: illa pestifera, qua, cum Cleombrotus, invidiam tinens,† temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius? de quo Ennius:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo postque, magisque viri nunc gloria claret.‡

Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. Sunt enim, qui, quod sentiunt, etsi optimum sit, tamen invidiæ metu non audent§ dicere.

* *Arginussis*. These three islands, near Lesbos, are formed of a white, argillaceous soil, and from that circumstance probably took their names. Ἀργινώεις (candidus, splendidus), fem. ἀργινοεῖσα, contracte ἀργινοῖσα. As *Oinussa* or *oinusa* from οἰνώεις, οἰνώεσσα, *Ophiusa* and *Pityusa* from οφιδεῖσσα and πιτυδέσσα.

† *Invidiam tinens*. Suspicions were entertained that Cleombrotus secretly favoured Thebes. Xen. lib. vi. Ἑλληνικ.

‡ *Salutem*. To this passage Livy also alludes, lib. xxx. 26, "Nihil certius quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait."

§ *Non audent*. In the present instance, and in others similar, where *sunt qui* is followed by a verb in the indicative, Ernesti has altered it into the subjunctive. J. F. Heusinger asserts that this has been done against the authority of MSS.; and that where the matter predicated in the sentence is simple and absolute, without doubt or reserve, the indicative is properly employed. In the present book, chap. xxx, occurs the following passage: "Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto nihil ex insidiis agendum putant; veritatis cultores, fraudis inimici; itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuius deserviant, dum quod velint consequuntur." In the first limb of this sentence, *putent* would be as improper as in the second, *perpetiuntur* and *deserviunt*. Alterations of this nature, in conformity to the grammatical notions of copyers and editors, are more difficult to effect in poetry. Thus: Lucret. iii. 115,

"Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo,
Multi⁷ modis agitatur, et omnis accipit in se
Lætitiæ motus."

and Lib. vi. 703,

"Sunt aliquot quoque res, quarum unam dicere causam
Non satis est."

CAP. XXV. *Quid ab iis requiratur, qui reipublicæ præsumunt, quique jus civibus dicunt.*

OMNINO qui reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta* teneant: unum, ut utilitatem civium sic tueanter, ut quæcumque agunt, ad eam referant, oblitum commodorum suorum: alterum, ut totum corpus reipublicæ curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio† reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares,‡ alii studiosi optimi cujusque,§ videantur, pauci universorum.

Hinc apud Athenienses magnæ discordiæ: in nostra republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella civilia: quæ gravis, et fortis civis, et in republica dignus principatu fugiet atque oderit, tradetque se totum reipublicæ, neque opes aut potentiam consecrabitur, totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit: omninoque ita justitiæ honestatique adhærescet, ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendant,|| mortemque oppetat potius, quam deserat illa, quæ dixi.

Horat. Od. i. 7. 5,

“Sunt, quibus unum opus est, intactæ Palladis urbem
Carmine perpetuo celebrare.”

CHAPTER XXV.

* *Platonis præcepta.* In the first and fourth books of his Republic.

† *Procuratio.* The conduct of the concerns of others for their benefit. *Administration.*

‡ *Alii populares.* Some seek popular favour. “L. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere consuisset.” Pro Cluent. c. 28.

§ *Alii-cujusque;* others become adherents of some leading individual.

|| *Quamvis graviter offendant:* though he incur great personal risk.

Miserrima omnino ambitio est honorumque contentio:* de quæ præclare apud eundem est Platonem,† similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius rempublicam administraret, ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Idemque præcipit,‡ ut eos adversarios existimemus, qui arma contra ferant; non eos, qui suo iudicio tueri rempublicam velint: qualis fuit inter P. Africanum, et Q. Metellum§ sine acerbitate dissensio.

Nec vero audiendi, graviter qui inimicis irascendum putabunt, idque magnanimi et fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. In liberis vero populis, et in juris æquabilitate exercenda etiam est facilitas, et altitudo animi, quæ dicitur: ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem|| et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur reipublicæ causa severitas, sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem et animadversio, et castigatio contumelia vacare debet: neque ad ejus, qui punitur¶ aliquem, aut verbis fatigat,** sed ad reipublicæ utilitatem referri.

Cavendum est etiam, ne major pœna, quam culpa sit: et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellunter quidem. Prohibenda autem maxime est ira

* *Honorumque contentio.* "Nove dixit, *contentionem honorum* Contentionem susceptam honorum gratia. Nam honores vocat magistratus." Erasm.

† *Platonem.* L. vi. de Republ.

‡ *Idemque præcipit.* L. vi. and ix. de Republ.

§ *P. Africanum, et Q. Metellum.* The younger Africanus, with Metellus Macedonicus. The latter was twice princeps senatus: his funeral was attended by four sons, all of consular dignity. Velleius Pat. i. 11. Val. Max. iv. 1. 12.

|| *Inutilem: prejudicial, mischievous.*

¶ *Punitur.* This verb, and a few others; as *fabrico*, and *fabricor*; *bello*, and *bellor*; *ohjurgo*, and *ohjurgor*; have an active sense in the passive form, as well as active.

** *Verbis fatigat: reprehends.*

in puniendo. Numquam enim, iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum; quæ placet Peripateticis; et recte placet, modo ne laudarent iracundiam, et dicerent utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est, optandumque, ut ii, qui præsunt reipublicæ, legum similes sint,* quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

CAP. XXVI. *Modestiam et animi æquabilitatem viris principibus convenire: in secundissimis rebus consilio amicorum utendum esse.*

ATQUE etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium arrogantiamque magno opere† fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate‡ itemque de C. Lælio§ accepimus. Philippum quidem Macedonum regem, rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus: ut recte præcipere videantur, qui monent, ut, quanto superiores sumus, tanto nos geramus submissius. Panætius quidem, Africanum, auditorem et familiarem suum, solitum ait dicere, ut equos, propter crebras contentiones præliorum ferocitate exsultantes, domitoribus tradere soleant,

* *Similes sint.* "Procedam in tribunal non furens, nec infestus, sed vultu legis." Senec. lib. i. de Irac. 16. p. 19.

CHAPTER XXVI.

† *Magno opere.* In chap. xi. Cicero uses *tanto opere*; and elsewhere *nimio opere*; *quanto opere*.

‡ *De Socrate.* "Hæc usque eo animum Socratis non moverunt, ut ne vultum quidem moverint. Illam mirabilem laudem et singularem usque ad extremum servavit: non hilariorum quisquam, non tristiorum, Socratem vidit; æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ." Plin. vii. 18.

§ *C. Lælio.* Vide chap. xxx. "Mitis sapientia Læli." Hor. lib. ii. Sat. i. 72. This was the younger Lælius, grandson of the consul, A. U. C. 563.

ut his facillioribus possint uti; sic homines secundis rebus effrenatos sibi que præfidentes, tamquam in gyrum* rationis et doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunæ.

Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, hisque major etiam, quam ante, tribuenda auctoritas. Iisdemque temporibus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, neve adulari nos sinamus; in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus.

Illud autem † sic est judicandum, maximas geri res, et maximi animi ab iis, qui respublicas regant, quod earum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat. Esse autem magni animi, et fuisse multos etiam in vita otiosa, qui aut investigarent, aut conarentur magna quædam, seseque suarum rerum finibus

* *In gyrum.* An allusion to the ring in which colts are driven round by horse-breakers.

..... ubi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat.
Georg. iii. 190.

† *Adulari nos.* *Adulor*, in a passive sense, rarely occurs. Perizonius, and Bauer (ad Sanct. Minerv. iii. 3. 7) would interpret, *neve eos* (sc. *assentatores*) *adulari nos sinamus*. The etymology of this verb has been debated, (see Class. Journal, xxxii. 297. xxvi. 427.) It was first applied, as Nonius, an ancient grammarian, i. 57, informs us, to the fawning of dogs: this is always accompanied by wagging the tail. Although Horne Tooke carries perhaps further than the result of sober inquiry might warrant, the amount of obligation which the Latin owes to the Teutonic, yet, no doubt, it is considerable. Now an ancient term for the tail, is *wedel*. And, *wedeln*, caudam motitare, [Wachteri Glossarium. ii. 1840.] If the opinion of Nonius is well founded, this term may therefore have given origin to the verb. In our own tongue the etymology of the verb "to wheedle," appears also not to have been traced. Possibly it has the same root as *adulari*.

‡ *Illud autem.* The remainder of this chapter, Facciolati considers as out of its place; and that it should be removed: perhaps to chap. xxi. of this book.

continent: aut interjecti* inter philosophos et eos, qui rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab ejus usu suos: potiusque et amicis impartientes,† et reipublicæ, si quando usus esset. Quæ primum bene parta sit, nullo neque turpi quæstu,‡ neque cdiosa: tum quam plurimis, modo dignis, se utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia: nec libidini potius luxuriæque, quam liberalitati et beneficentiæ pateat. Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice

CAP. XXVII. *Quartam virtutem exponit Cicero, temperantiam scilicet; hoc loco contineri decorum, quod ab honesto non queat separari.*

SEQUITUR, ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit: in qua verecundia, et quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine *decorum* potest: Græce enim *πρέπον* dicitur. Hujus vis ea est, ut ab honesto non queat separari. Nam et quod decet, honestum est; et quod honestum est, decet.

Qualis autem differentia sit et honesti et decori, facilius intelligi, quam explanari§ potest. Quidquid est enim,

* *Interjecti.* Holding a middle place between philosophers and politicians.

† *Impartientes.* This orthography of the verb, now generally written *impertio*, is preserved in many MSS., and occurs ch. 42. and lib. ii. 15. A similar abbreviation, it may be observed, was employed to express *par*, *per*, and *por*, in ancient MSS.

‡ *Quæstu.* See i. 20, note 2.

CHAPTER XXVII.

§ *Intelligi quam explanari.* It is always to be suspected, when a man avows his inability to communicate his ideas, that his own comprehension of them is not the most distinct. In what the difference consists between the *honestum*, and the *decorum*, may indeed be a little difficult to define. The *honestum* is possibly the

quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiam in tribus superioribus,* quid deceat, apparet. Nam et ratione uti atque oratione prudenter, et agere, quod agas, considerate: omnique in re, quid sit veri, videre et tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente esse captum: et justa omnia decora sunt; injusta contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum.

Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, quod dico, decorum: et ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam, idque intelligitur in omni virtute, quod deceat: quod cogitatione magis a virtute potest, quam re separari. Ut venustas et pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum illud quidem est cum virtute confusum sed mente et cogitatione distinguitur.

Est autem ejus descriptio duplex. Nam et generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: et aliud huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere definiri solet: decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ, in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differat. Quæ autem pars subjecta generi est, eam sic definiunt, ut id decorum velint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo

sense of order conceived by the mind; the *decorum*, as it appears in act. Melancthon, commenting on this passage, observes: "id fortasse possit ex hac similitudine intelligi: bonus habitus corporis, seu valetudo, bonum colorem gignit: malus habitus, malum colorem. Ita honestas parit decorum; estque decorum, virtutis color quidam, seu species." It must be confessed that the remainder of this chapter is obscure, and appears to contain matter of not very evident practical utility.

* *Tribus superioribus*: not only in temperance, but in prudence, justice, and fortitude.

moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali.

CAP. XXVIII. *Quid deceat et aptum sit: ex hoc fonte manare leporem, jucunditatem et venustatem.*

HÆC ita intelligi, existimare possumus ex eo decoro, quod poëtæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum servare illud poëtas, quod deceat, dicimus, cum id, quod quaque persona dignum est, et fit, et dicitur. Ut, si Æacus aut Minos* diceret

Oderint, dum metuant:†

aut,

Natis sepulcro ipse est parens:

indecorum videretur, quod eos fuisse justos accepimus. At Atreo dicente, plausus excitantur. Est enim digna persona oratio. Sed poëta, quid quemque deceat, ex persona judicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum.‡

CHAPTER XXVIII.

* *Æacus aut Minos.* From the paternity of both these legislators, one being called the son of Jupiter, by Ægina, the other by Europa, it may be inferred, that their æra must be placed at the utmost verge of history. As judges, and as lawgivers, they probably left behind them a fair fame; which posterity rewarded, by conferring on them, and on Rhadamanthus, the office of awarding sentence on the departed.

† *Metuant.* The author of this tragedy was possibly Attius, or Accius, whose Atreus is cited by Seneca, *De Clementia*, lib. ii. c. 2. Sueton. *Calig.* c. 30; and by others. Atreus, king of Mycenæ, grandson of Tantalus, son of Pelops and Hippodamia, brother of Thyestes, and father of Agamemnon, has indeed left a history full of horrors.

Bishop Pearce, in order to preserve the metre, proposes transposing the first two words of the latter line;

“Sepulcro natis ipse sit parens.”

‡ *Nobis—reliquarum: nature herself has dictated the character which we are to act, in a high degree excelling that of all other animals.* “Genitivus casus, in hac syntaxi, duriusculus videtur.” Facciolati. Whether the gender of *animantium* should be masc. or fem. is a question on which transcribers and former editors seem pretty equally divided. The fem. is adopted by the Heusingers,

Quocirca poëtæ in magna varietate personarum etiam vitiosis quid conveniat, et quid deceat, videbunt: nobis autem cum a natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ sint; cumque eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos adversus homines geramus; efficitur, ut et illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit, appareat; et hoc, quod spectatur in unoquoque genere virtutis. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine, et constantia, et moderatione dictorum omnium atque factorum.

Adhibenda est igitur quædam reverentia adversus homines, et optimi cujusque,* et reliquorum. Nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat, in hominum ratione habenda, inter justitiam et verecundiam. Justitiæ partes sunt, non violare homines; verecundiæ non offendere, in quo maxime perspicitur vis decori. His igitur expositis quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto.

Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam,† quæ deducit, ad convenientiam conservationemque naturæ: quam si sequemur ducem, numquam aberrabimus, consequemurque et id, quod acutum et perspicax natura est: et id, quod ad hominum consociationem accommodatum; et id, quod vehemens

and by Gernhard. "Nam cum (natura) cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cœlique, quasi cognationis domiciliique pristini, conspectum excitavit." De Legg. i. 9.

* *Optimi cujusque.* "Primum erga optimum quemque, tum ordine erga reliquos." Facciolati.

† *Viam.* Ernesti edits, *primam habet viam.* *Vim*, which J. F. Heusinger adopts, does not appear to have the support of a single MS., and of but two preceding editors. From the verbs employed; *deducit*, and *aberrabimus*; we may safely consider *viam* as the preferable reading.

atque forte. Sed maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus.* Neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt.

Duplex est enim vis animorum atque natura: una pars in appetitu posita est, quæ est ὄρμη Græce, quæ hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quæ docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtemperet.

CAP. XXIX. *Appetitum rationi subjiciendum esse.
De ludo et joco.*

OMNIS autem ratio vacare debet temeritate et negligentia: nec vero agere quidquam, cujus non possit causam probabilem reddere. Hæc est enim fere descriptio officii.† Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignaviam deserant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius evagantur, et tamquam exultantes sibi cupiendo, sibi fugiendo, non satis a ratione retinentur, ii sine dubio finem et modum transeunt. Relinquunt enim et abiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ: a quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur.

Ex quibus illud intelligitur (ut ad officii formam re-

* *In hac—disputamus*: in the subject which we are now considering: i. e. temperance.

CHAPTER XXIX.

† *Officii*. These two sentences Facciolati considers as introduced by some interpolator, and made up from de Fin. iii. 17. For *ratio*, many editors have *actio*: for *possit*, *possis*.

vertamur) appetitus omnes contrahendos sedantosque esse, excitandamque animadversionem et diligentiam, ut ne quid temere ac fortuito, inconsiderate negligenterque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et ad jocum facti esse videamur: ad severitatem potius, et ad quædam studia graviora atque majora. Ludo autem et joco uti illo quidem licet: sed sicut somno et quietibus ceteris, tum, cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Ipsumque genus jocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quæ ab honestis actionibus non sit aliena: sic in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat

Duplex omnino est jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus noster, et Atticorum antiqua comædia,* sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multaque multorum facete dicta; ut ea, quæ a sene Catone collecta sunt, quæ vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui et illiberalis joci. Alter est, si tempore fit, remisso homine dignus; alter ne libero quidem, si rerum turpitudine adhibetur, aut verborum obscenitas.† Ludendi etiam est quidam modus

* *Antiqua comædia.* Living characters were introduced and burlesqued on the stage by these early writers. Of this description, the comedies of Aristophanes alone have been preserved. To which class of Cicero's epithets we ought to resort to characterize these, many persons have expressed an opinion opposite to his.

† *Alter—obscenitas.* The one species of joking, if well timed, becomes a man in moments of relaxation: the other is unbecoming any respectable man; if in the subject there be any thing disagreeable; or, in the language, obscenely. *Liber*, in the text, is considered by Gernhard, as employed, not in the sense of ingenuous; unbecoming, as we should say, a gentleman: but in the sense of free-spoken; a man without reserve: "qui libere loquitur; non nimis verecundus."

"Liber homo es nimium, dicis mihi, Chærule, semper."

Mart. i. Ep. 68.

retinendus : ut, ne nimis omnia profundamus,* elatiquè voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Suppeditant autem et campus noster,† et studia vendandi, honesta exempla ludendi.

CAP. XXX. *Quæ sit hominis præstantia: quæ exinde fluant officia: in animis magnas esse varietates.*

SED pertinet ad omnem officii quæstionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque belluis antecedit. Illæ nihil sentiunt, nisi voluptatem, ad eamque ferunter omni impetu: hominis autem mens‡ discendo alitur et cogitando, semper aliquid aut anquirat aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur. Quin etiam si quis est paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed

* *Ut—profundamus.* In this sentence, and the preceding, there is much variance in the MSS.; and it is to be feared, still some error. For *omnia*, Gernhard suggests *inania*. For *nimis*, Heusinger inserted *mimis*; but without sufficient authority. In the interpretation of the verb *profundere*, there is much difference of opinion. One German translator, Gottschling, adheres to its ordinary acceptation; *that we may not waste our substance*. Another, the ingenious Garve, thus renders the passage: *that we may not, in such moments, give utterance to every thing that enters our minds; but avoid, whilst elated by pleasure, indulging in any thing that may disgrace us*. Though *profundere*, in its metaphorical sense, is usually applied to waste of wealth, yet instances of its application in other senses are not wanting. "Se profundit in eum." Ad Att. vii. 3. "Voluptates cum inclusæ diutius, prima ætate, et compressæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt." Pro Cælis 30. "Secreti libidinem nactus et quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia male diu dissimulata tandem profudit." Sueton. Tiber. 42. *Profundere omnia*, may mean to give up the reins to the imagination; acting and speaking without adverting in the least to the consequences. "*Omnia*, intelligo risum, clamorem, motum corporis," &c. Ernesti.

† *Campus noster.* The *Campus Martius*; in which all exercises tending to strengthen and give agility to the human frame, were constantly in practice.

CHAPTER XXX.

‡ *Mens.* Here Ernesti suspects that *quia* is wanting: *mens, quia discendo alitur.*

si quis est paulo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam.

Ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse dignam hominis præstantia, eamque contemni et rejici oportere: sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse ejus fruendæ modum. Itaque victus cultusque corporis ad valetudinem referatur, et ad vires, non ad voluptatem. Atque etiam si considerare volumus, quæ sit in natura hominis* excellentia et dignitas; intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere: quamque honestum parce, continenter, severe, sobrie.

Intelligendum etiam est, duabus quasi nos a natura indutos esse personis: quarum una est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis præstantiæque ejus, qua antecellimus bestiis, a qua omne honestum decorumque trahitur, et ex qua ratio inveniendi officii exquiritur: altera autem, quæ proprie singulis est tributa. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem) sic in animis existunt majores etiam varietates.

Erat in L. Crasso, in L. Philippo, multus lepos: major etiam magisque de industria† in C. Cæsare,‡ L. F. At iisdem temporibus in M. Scauro, et in M. Druso § adolescente, singularis severitas; in C.

* *Hominis*. This word, which is found in several MSS., though omitted by the Heusingers, seems to render the sentence more clear.

† *Magisque de industria*. More the result of his own application.

‡ *C. Cæsare*. L. Crassus, L. Marcius Philippus, and C. Cæsar, surnamed Strabo, are all named in other writings of Cicero, and were, at the time of his entrance into public life, distinguished speakers.

§ *Scauro—Druso*. M. Æmilius Scaurus, named in the 22d chapter. M. Livius Drusus, having proposed a law for extending the citizenship of Rome to her allies, was assassinated as he entered his own door, and in public. A. U. C. 763.

Lælio* multa hilaritas; in ejus familiari Scipione, ambitio major, vita tristior.† De Græcis autem, dulcem et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione simulatorem,‡ quem εἰρωνία Græci nominaverunt, Socratem accepimus: contra, Pythagoram et Periclem summam auctoritatem§ consecutos, sine ulla hilaritate. Callidum Hannibalem ex Pœnorum; ex nostris ducibus, Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præcipere hostium consilia.¶ In quo genere Græci Themisoclem et Pheræum Jasonem¶ ceteris anteponunt; in primisque versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita ejus esset, et plus aliquanto reipublicæ prodesset, furere se simulavit.**

* *Lælio.* Whom Cicero distinguishes as an interlocutor, in his dialogue *De Amicitia*. Silius Italicus says of him,

. *Quum dulcia solveret ora,
Æquabat Piliæ Neleia verba senectæ.*

† *Vita tristior.* *More gravity in his deportment.* Val. Max. lib. ii. 7. 1. In another place, Læl. c. 3, Cicero speaks *de moribus facillimis* of Scipio Africanus.

‡ *Simulatorum.* This term is not to be understood in an unfavourable sense. "Se omnium rerum inscium fingeat et rudem." Brut. 85. Εἰρων is interpreted by Quintilian, ix. 2. 46, "agens imperitum, et admirator aliorum tanquam sapientium." "Cum aliud diceret (Socrates) atque sentiret, libenter uti solitus estea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant." Acad. 2. iv. 5.

§ *Pythagoram— auctoritatem.* The disciples of Pythagoras display the reverence with which they were impressed toward him, by assigning his authority, αὐτοῦ εἶρη, as proof sufficient of any argument. The influence of Pericles over his countrymen appears in Plutarch's life of him, and Thucyd. ii.

¶ *Præcipere— consilia.* *To be beforehand in the designs of the enemy.* So in chap. 23, *præcipere cogitatione, futura.*

¶ *Jasonem.* Sovereign of Pheræ in Thessaly. Xenoph. Ἑλληνικ lib. vi. Diod. Sic. lib. xv.

** *Simulavit.* The warfare with Megara, occasioned by the disputed sovereignty over the island of Salamis, had been productive to Athens of so much mischief, that it was forbidden, under pain of death, to propose any further measures for the conquest of that island. A favourable opportunity to effect it, however, offering, Solon pretended madness, and coming into an assembly of the people, after much unconnected discourse, turned it seriously to the subject of Megara, and convinced his auditors of the expedience of repeating their attempts to regain the island. These were in consequence repeated, and were crowned with success. Diog. Laert. lib. i. 46. Justin. lib. ii. 7.

Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti; qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici; itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuius deserviant, dum, quod velint, consequantur: ut Sullam et M. Crassum* videbamus. Quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus; contraque, Callicratidam, qui præfectus classis proximus post Lysandrum† fuit. Itemque in sermonibus alium quem, quamvis præpotens sit, efficere, ut unus de multis esse videatur:‡ quod in Catulo, et in patre, et in filio, idemque in Q. Mucio Mancina vidimus. Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica: contraque patrem ejus, illum, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis: [ne] Xenocratem§ quidem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam, magnum et clarum fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ morumque, minime tamen vituperandorum.

* *Sullam et M. Crassum.* Grævius introduces from a MS. the reading, *Sullæ, M. Crassum*, which is adopted by Ernesti. But an instance of adherence to the powerful head of a faction does not seem to bear relation to that which Cicero had in view, namely, subservience to any body, however despicable or vicious; submission to any humiliation, in order to effect a political purpose. Instances of the popular arts, affected by both Sylla and Crassus, and of the former's indulgence to the soldiery, appear in their lives by Plutarch.

† *Post Lysandrum.* By paying court to the younger Cyrus, Lysander procured from him supplies of money for carrying on the war with Athens. Callicratidas, his successor, taking offence, because, on one occasion, instant admission to Cyrus was refused to him, and retiring indignantly, failed in attaining the same object. Xen. lib. i. Ἑλληνικ.

‡ *Alium—videatur.* The verb *accepimus* is understood from the preceding sentence; *quem* for *aliquem*.

§ *Xenocratem.* A native of Chalcedon, and scholar of Plato. After the death of Speusippus, he was placed at the head of the Academy. The five words which relate to him are supposed to be an interpolation. In one MS., which Gernhard follows, *ne* is omitted: with the reading in the text, *comitatem habuisse sermonis*, is understood.

CAP. XXXI. *Suum ingenium, et noscere, et sequi; et bonorum et vitiorum suorum, acrem judicem se quemque præbere.*

ADMODUM autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum, illud, quod quærimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus: ea tamen conservata, propriam naturam sequamur; ut, etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia, nostræ naturæ* regula, metiamur. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam sequi, quod assequi non queas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet *invita*, ut aiunt, *Minerva*, id est, adversante et repugnante natura.

Omnino si quidquam est decorum, nihil est profecto magis, quam æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actionum; quam conservare non possis, si aliorum naturam imitans omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti, qui notus est nobis, ne, ut quidam, Græca verba inculcantes† jure optimo rideamur; sic in actiones omnemque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus.

Atque hæc differentia naturarum tantum habet vim, ut nonnumquam mortem sibi ipse consciscere alius

CHAPTER XXXI.

* *Studia nostræ naturæ.* The MSS. vary between *nostra*, et *nostræ*. Bishop Pearce inserts both, and is followed by Ernesti and Gernhard: *that we should regulate our pursuits in conformity to our own nature.* This emendation appears probable. One of two similar words, following each other, is in most danger of being omitted by transcribers: yet as not a single MS. has been adduced in which both words appear, their insertion in the text seems unwarranted.

† *Inculcantes.* This verb is used by Cicero in the sense of *mixing in; inserting.* Orat. c. 56, "Inculcamus autem per imprudentiam sæpe etiam minus usitatos, sed tamen versus." Ibid. 69, "Apud alios inculcata reperies inania quædam verba."

debeat,* alius in eadem causa non debeat. Num enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt? Atqui ceteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores: Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriundum potius, quam tyranni vultum aspiciendum fuit.

Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno,† cum et mulieribus (si Circe et Calypso mulieres appellandæ sunt) inserviret, et in omni sermone omnibus affabilem et jucundum se esse vellet? Domi etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret. At Ajax, quo animo traditur, milies‡ oppetere mortem potius, quam illa perpeti maluisset.§

Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui; eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant. Id enim maxime quemque decet, quod est cujusque maxime suum. Suum quisque igitur noscat ingenium, acremque se et bonorum, et vitiorum suorum judicem præbeat, ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ. Illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt.

* *Alius debeat.* On another occasion, Cicero has declared an opinion expressly opposite. "Piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis; nec injussu ejus a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est." In *Somn. Scip.* He here states what was consentaneous to Stoic principles.

† *Errore diuturno.*

Exemplum est animi nimium patientis Ulysses,
Jactatus dubio per duo lustra mari.

Ovid. *Pont.* iv. Ep. 2. 9.

‡ *Milies.* See note II. 21.

§ *Potius—maluisset.* This verb, and adverb, are joined by Cicero in other instances. "Se ab omnibus desertos, potius quam a te defensos esse malunt." *Cæcil.* 6. "Idcirco casum potius quam te laudari mavis." Ep. xv. 5. *Potius* is also found joined to a comparative. "Quævis fuga potius optatior." *Pis.* 14, as *μᾶλλον* is in Greek. *Fisch. Animadv.* ii. 138.

Qui voce freti sunt, Epigonos,* Medumque: qui gestu, Menalippam, Clytæmnestram: semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam; non sæpe Æsopus† Ajacem. Ergo histrio hoc videbit in scena, non videbit sapiens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, si non decore, ad quam minime indecore facere possimus. Nec tam est enitendum, ut bona, quæ nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus.

CAP. XXXII. *De diversis conditionibus: de eligendo genere vitæ.*

Ac duabus iis personis, quas supra dixi, tertia adjungitur quam casus aliquis, aut tempus imponit: quarta etiam, quam nobismet ipsi iudicio nostro accommodamus.‡ Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiæ, opes, eaque, quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii

* *Epigonos.* This tragedy of Accius received its name from the Ἐπιγόνοι, or descendants of those who perished at Thebes, with Polynices, the son of Œdipus. The Medus is supposed to have been a tragedy of Pacuvius; Menalippa and Clytemnestra, of Accius. Both Pacuvius and Livius Andronicus wrote tragedies under the title of Antiopa. The heroine of this piece was an Amazon, as well as Menalippa.

† *Æsopus.* A tragic actor in high estimation, who lived in terms of intimacy with Cicero himself. Ep. vii. 1.

CHAPTER XXXII.

‡ *Accommodamus.* The objects of inquiry have been, 1st. What is incumbent on each man, considered merely as a human being. 2d. In consequence of his individual character. 3d. Cicero now proceeds to inquire what are each man's duties in consequence of the peculiar station and circumstances in which he happens to be placed. And 4th. In conformity to the character which he assumes by his own choice. *Quatuor gradus facit.* I. *Naturam.* II. *Suam cujusque indolem.* III. *Vitæ genus in quod casu incidimus.* IV. *Studium ad quod voluntate nos contulimus* Melancthon.

ad eloquentiam applicant; ipsarumque virtutum id alia alius mavult excellere.

Quorum vero patres, aut majores aliqua gloria præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere: ut Q. Mucius,* P. F. in jure civili; Pauli filius† Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus,‡ Cononis filius, qui, cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem, doctrinæ et ingenii gloriam adjecit. Fit autem interdum, ut nonnulli, ommissa imitatione majorum, suum quodda minstitutum consequantur: § maximeque in eo plerumque elaborant ii, qui magna sibi proponunt, obscuris orti majoribus.

Hæc igitur omnia, cum quærimus, quid deceat, complecti animo et cogitatione debemus. In primis autem constituendum est, quos nos, et quales esse velimus, et in quo genere vitæ: quæ deliberatio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cum est maxima imbecillitas consilii, tum id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime adamavit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare.

Nam quod *Herculem Prodicium*|| dicunt (ut est apud

* *Q. Mucius*. Surnamed Scævola, consul with L. Crassus, A. U. C. 658. Cicero has elsewhere described him, "unum nostræ civitatis et ingenio et justitia præstantissimum." Læl. i. And Brut. c. 39, "jureconsultorum disertissimum."

† *Pauli filius*. The son of Æmilius Paulus, whom Sc. Africanus adopted.

‡ *Timotheus*. The father freed his country from the Lacedæmonian yoke: the son extended its dominion. Corn. Nep. in Timoth. c. 1.

§ *Consequantur*. This verb is occasionally synonymous with *sequor* or *persequor*. "Eum morem igitur, cum brevitate, si potero, consequar." Legg. ii. 7.

|| *Herculem Prodicium*. Prodicus, a native of Cos, was the original author of the Allegory of the choice of Hercules. Xenoph. Mem. lib. ii. By *Herculem Prodicium* is meant, *Hercules* apud *Prodicum*; as in cap. ix. "Terentianus Chremes."

Xenophontem*) cum primum pubesceret (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset; hoc Herculi, Jovis satu edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique visum est, atque ad eorum studia institutaque impellimur. Plerumque autem, parentium† præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. Alii multitudinis judicio feruntur, quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. Nonnulli tamen sive felicitate quadam, sive bonitate naturæ, sive parentium† disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam.

CAP. XXXIII. *Vitæ genus sedulo diligendum, nec temere commutandum: imitandos esse majores.*

ILLUD autem maxime rarum genus est eorum, qui aut eccellente ingenii magnitudine, aut præclara eruditione atque doctrina, aut utraque re ornati, spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent: in qua deliberatione ad suam cujusque naturam consilium est omne revocandum. Nam cum in omnibus, quæ aguntur, ex eo modo, quo quisque est natus (ut supra dictum est) quid deceat, exquirimus; tum in tota vita constituenda, multo est ei [rei] cura major adhibenda, ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio claudicare.

Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque omnino

* *Xenophontem.* Memorabil. ii. 1.

† *Parentium.* This genitive is attributed by Priscian, vii. 772, to Cicero. It is here admitted by the Heusingers and Gernhard, on the authority of but one MS.; all the others to which the Heusingers had access, all early editors, and the extracts from Bede, have *parentum*.

ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. Multo enim et firmior est, et constantior; ut fortuna nonnumquam, tanquam ipsa mortalis, cum immortalis natura pugnare videatur.* Qui igitur ad naturæ suæ non vitiosæ genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat (id enim maxime decet) nisi forte se intellexerit erasse in deligendo genere vitæ. Quod si acciderit (potest autem accidere) facienda morum institutorumque mutatio est. Eam mutationem, si tempora adjuvabunt, facilius commodiusque faciemus. Sin minus; sensim erit pedetentimque facienda: ut amicitias, quæ minus delectent et probentur, magis decere censent sapientes† sensim dissuere, quam repente præcidere. Commutato autem genere vitæ, omni ratione curandum est, ut id bono consilio fecisse videamur.

Sed quoniam paulo ante dictum est, imitandos esse majores, primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda.‡ Deinde, si natura non feret, ut quædam imitari possint (ut superioris Africani filius, qui hunc Paulo natum adoptavit, propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui); si igitur non poterit sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere; illa tamen præstare debet, quæ erunt in ipsius potestate, justitiam, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur. Optima autem hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimo-

CHAPTER XXXIII.

* *Videatur.* Fortune is represented as light and mutable; nature as firm and consistent. If therefore any contest arise between them, it may be compared to that of a mortal with an immortal. Facciolati.

† *Sapientes.* Cicero has elsewhere attributed to Cato this advice. "Tales amicitie sunt remissione usus eluendæ; et ut Catonem dicere audivi, dissuendæ magis quam discindendæ." Læl. 21.

‡ *Ne—imitanda.* This is probably intended, not to dissuade from the imitation of moral delinquencies, but of any peculiarities or personal defects in those persons whom we respect, and take as models.

nio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum : cui dedecori esse, nefas es impium judicandum est.

CAP. XXXIV. *Disparibus ætatibus et diversis conditionibus non eadem officia tribuenda esse.*

ET quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaque sunt juvenum, alia seniorum : aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur adolescentis, majores natu vereri,* exque his deligere optimos et probatissimos,† quorum consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque et animi, et corporis ; ut eorum et in bellicis, in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos et dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ : quod erit facilius, si in ejusmodi quidem rebus majores natu interesse velint.

Senibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ‡ videntur. Danda vero opera, ut et amicos, et juventutem, et maxime rempublicam consilio et prudentia quam plurimum adjuvent. Nihil autem magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiæque dedat. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit,

CHAPTER XXXIV.

* *Vereri.* Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρονσιν
Ἐδρῆς καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς, ἴσαις τιμαῖσι γέραις.

Phocyl. v. 207.

† *Probatissimos.* Tacit. in Dialog. De Oratoribus. “ Apud majores nostros, juvenis ille qui foro et eloquentiæ parabatur deducebatur a patre vel propinquis ad eum oratorem qui principem locum in civitate tenebat. Hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, atque sic dixerim, pugnare in prælio, discere.” “ Mos erat Romæ ut parentes filios adolescentes alicui viro primario commendarent, ex ejus consuetudine proficerent.” Ernesti.

‡ *Augendæ.* Βουλῇ καὶ μῦθοισι, τὸ καὶ γέρας ἐστὶ γερβντων. Hom.

duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus, et facit adolescentium impudentiorem intemperantiam.*

Ac ne illud quidem alienum est, de magistratum, de privatorum, [de civium, †] de peregrinorum officii dicere. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem et decus sustinere, servare leges, jura describere, ‡ ea fidei suæ commissa meminisse. Privatum autem oportet æquo et pari cum civibus jure vivere, neque summissum et abjectum, neque se efferentem : tum in republica ea velle, quæ tranquilla et honesta sint. § Talem enim et sentire bonum civem, et dicere solemus.

Peregrini autem, atque incolæ || officium est, nihil

* *Intemperantiam.* Ὅπου ἀνασχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐν ταῦθα εἶναι ἀναιδεστάρους. Plat. de Legg. v.

† *De civium.* Several MSS. omit these words : others, *de* only. Probably a marginal gloss, intended to give a synonyme for *privatorum*, has been removed into the text.

‡ *Jura describere* : to administer justice.

§ *Est igitur—efferentem.* In these two sentences, the duties of a person exercising magistracy, are put in opposition to those of another who is termed *privatus*. On the latter are inculcated the duties of conducting himself on a footing of equality with the citizens ; neither with abject humility, nor with arrogance ; but in all measures regarding the state, pursuing the path of peace and honour. These injunctions seem to warrant the conjecture that the term *privatus* does not here mean one of the citizens in general, but a person distinguished by some circumstance from them, on the one hand, on the other, from him, “ qui gerit personam civitatis.” Adverting to the rules of government in the popular states of antiquity, and in Rome in particular, *privatus* may be conjectured in this passage to mean a person who has borne, but is no longer in office ; an *ex-magistrate*. Among the interpretations of the word given by Facciolati, it is said, “ Privatus homo dicitur qui in magistratu non est ; ἰδιώτης. Nam qui magistratum gerit est publicus.” But it is apprehended that in this passage something more is meant. The ellipse is *magistratu* : the circumstance of once having borne office is that which induces Cicero to warn the ex-functionary against harbouring ambitious designs, and against arrogance. This interpretation is however submitted with much diffidence, as it has not the support of any passage where the word bears exactly the same import, nor has it been suggested by any previous commentator.

|| *Peregrini—incolæ.* The term *peregrinus*, applies to a native and inhabitant of one country, occasionally residing in another

præter suum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimeque esse in aliena republica curiosum. Ita fere officia reperientur, cum quæretur, quid deceat, et quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.*

CAP. XXXV. *Quod sit quod deceat; verecundiæ normam a natura doceri.*

SED quoniam decorum illud in omnibus factis, dictis, in corporis denique motu et statu cernitur, idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum,† sed satis erit intelligi; in his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibus cum‡ apud quosque vivamus: his quoque de rebus pauca dicantur.

Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ partes autem corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remonent ab oculis: ipsique necessitati dant operam ut quam occultissime

Incola, to a foreigner having a fixed residence in another country, but without acquiring there political rights.

* *Servare constantiam*: to observe consistency.

CHAPTER XXXV.

† *Difficilibus ad eloquendum*. And why? Not on account of the poverty of his language, but because the rules are matter of taste; not only differing in different countries and ages, but in every individual; each having his own standard. On certain points we may agree; on others, dispute for ever. *Formositas* may refer to the gifts of nature; *ordo*, to the effect of judgment; *ornatus*, to taste.

‡ *Quibus cum*. *Cum* quibus signifies, *those with whom we associate, our family and friends*: *apud quos*, *our countrymen, fellow citizens*.

pareant: quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant: quodque facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscœnum est. Itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec oratio obscœnitate.*

Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pæne Cynici,† qui reprehendunt et irrident, quod ea, quæ turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa ducamus: illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est, sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubitio,‡ vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum.

Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda; ne quid effeminatum aut molle, et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero histrionibus oratoribusque concedendum est, ut iis hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes quædam asperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum pa-

* *Oratio obscœnitate.* The ordinary reading, *orationis obscœnitas*, is followed by the Heusingers: the present, which Facciolati and Gernhard have adopted from several early editions, though confirmed but by one of the MSS. consulted by the Heusingers, appears to merit the preference.

† *Pæne Cynici.* Some Stoics adhered to the Cynic tenet, *suo quamque rem nomine appellare.* Hence Juvenal, Sat. xiii. 122, says their precepts are, "Tunica tantum distantia." Laert. l. vii. 121.

‡ *Accubitio.* Al. *accubitatio*, and *accubatio.* The decorous posture here recommended is doubtless in the mode of reclining on a couch at meal-time, as practised by the Romans.

rentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. Retinenda igitur est hujus generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra et duce.

CAP. XXXVI. *Duo esse pulchritudinis genera: in cultu, ornatu, et gestu, quid sit observandum, et multo magis in animi motibus.*

CUM autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero sit venustas, in altero dignitas; venustatem muliebrem ducere debemus; dignitatem virilem. Ergo et a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus: et huic simile vitium in gestu motuque caveatur. Nam et palæstrici motus sæpe sunt odiosiores; et histrionum nonnulli gestus inepti non vacant offensione: et in utroque genere, quæ sunt recta et simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est; color exercitationibus corporis. Adhibenda præterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda vestitus; in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est.

Cavendum autem est, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis* similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur; ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus a natura recedant: quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, et si at-

CHAPTER XXXVI.

* *Ferculis.* "In quibus sacra et simulacra, lentissimo incessu, circumferentur." Erasm.

"Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem; persæpe velut qui
Junonis sacra ferret."

HORAT. *Sat.* i. 3.

tentos animos ad decoris conservationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur: appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus.

CAP. XXXVII. *De arte pronuntiandi, tum in contentione tum in sermone.*

ET quoniam magna vis orationis est, eaque duplex, altera contentionis, altera sermonis:* contentio disputationibus tribuatur judiciorum, concionum, senatus; sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, sequatur etiam convivia. Contentionis præcepta rhetorum sunt; nulla sermonis: quamquam haud scio, an possint hæc quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur magistri:† huic autem qui studeant, sunt nulli; rhetorum turba referta omnia. Quamquam, quæ verborum sententiarumque præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt.

Sed cum orationis indicem vocem habeamus; in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis: utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse‡ loquentium et leniter. Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum: (quamquam erant literati, sed et alii) hi autem optime uti lingua Latina

CHAPTER XXXVII.

* *Altera sermonis.* The talents for *public speaking* (*contentionis*) are widely different from those which enable a man to excel in *conversation*; *sermonis*.

† *Inveniuntur magistri.* Were there persons desirous of receiving rules to enable them to excel in conversation, instructors would not be deficient.

‡ *Presse.* One MS. has *expresse*. On a comparison with the following passages, it is evidently not the meaning of this term, to recommend rapidity of utterance, but distinctness; the due and articulate pronouncing of each sound.

putabantur. Sonus erat dulcis; literæ neque expressæ, ne aut obscurum esset aut putidum.* Sine contentione vox, nec languens, nec canora. Uberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et facetiis Cæsar, Catuli patris frater,† vicit omnes, ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vinceret.

In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni re, quid deceat, exquirimus. Sit ergo hic sermo, in quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax: insit in eo lepos. Nec vero, tamquam in possessionem suam venerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudinem non iniquam putet. Ac videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat: si jocosis, leporem. In primisque provideat, ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus: quod maxime tum solet evenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severe, maledice contumelioseque dicitur.

Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de artium studiis atque doctrina. Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. Sed utcumque aderunt,‡ (neque enim omnes iisdem de rebus, nec omni tempore, nec similiter delectamur) animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat: et, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

* *Ne aut—putidum.* A metaphor transferred from the organ of smell to that of hearing, and expressing that which is offensive. Before *obscurum*, several commentators think that *quid* should be inserted.

† *Frater. Half-brother:* Popilia was mother of C. J. Cæsar Strabo, and of Catulus. She was the first Roman female who had the honour of a funeral oration. De Orat. c. 7. and 11.

‡ *Utcumque aderunt.* With due consideration to the persons present. In some valuable MSS. and early editions, after *aderunt* is found *res*.

CAP. XXXVIII. *Quomodo castigandum: quid in sermonibus observandum sit.*

SED quomodo in omni vita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic ejusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut tale aliquid appareat. Maximeque curandum est, ut eos, quibus cum sermonem conferemus, et vereri, et diligere videamur. Objurgationes etiam nonnumquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione majore, et verborum gravitate acriore; id agendum etiam, ut ea facere videamur irati.* Sed ut ad urendum et secandum,† sic ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus, nec umquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest.

Magna autem parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut et severitas adhibeatur, et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius id causa, qui objurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam pellere. Quæ

CHAPTER XXXVIII.

* *Irati.* In this much disputed passage, the variation in MSS. and early editions is remarkable. *Ut ea facere non videamur irati; videamur non irati; ut ne ea facere videamur irati. Ne ut ea facere; and, ut ea facere ne videamur.* The negative participle, and its arrangement, seems alone to be in doubt: but in some MSS. it is altogether omitted, and that reading is preferred by J. F. Heusinger. The Stoics express themselves in favour of simulated anger: "Numquam itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt." Seneca de Ira, ii. 14.

† *Urendum et secandum: the cautery and amputation.* To prevent any misapprehension of these metaphors taken from the surgical art, some MSS. add *medici*: probably removed from the margin.

enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri* possunt, neque iis, qui adsunt, probari. Deforme etiam est, de se ipsum prædicare, falsa præsertim, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.†

CAP. XXXIX. *Qualem hominis honorati et principis domum placeat esse.*

ET quoniam omnia persequimur, volumus quidem certe, dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat esse, cujus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: et tamen adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia. Cn. Octavio,‡ qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio§ et plenam dignitatis domum: quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad

* *Nec constanter fieri.* Our actions, when under the influence of passion, will be unbecoming us, and will be accompanied with the disapprobation of every person who witnesses them.

† *Militem gloriosum.* This character was painted by Menander; by Plautus; and by Terence; Eun. ii. 1.

CHAPTER XXXIX.

‡ *Cn. Octavio.* To whom Perseus, king of Macedon, surrendered himself in Samothrace. Liv. xiv. 5. As Cn. Octavius was descended from one of the families introduced into Rome by Tarquinius Priscus, the appellation of *novus homo* could not be applied, on the ground of the obscurity of that family, but because he was the first of it who attained the higher offices of magistracy, the Curule honours. He was consul, A. U. C. 588, Sueton. Aug. c. 2. From his brother was descended Octavianus, who assumed the name of Augustus.

§ *Palatio.* The name of the hill on which, according to tradition, the foundations of Rome were laid. During the republic, the leading persons had here their residences; and afterward the emperors, their palaces; from this circumstance the term *Palatium* originated. "This hill, the nursery of infant Rome, and finally the residence of imperial grandeur, presents now two solitary villas and a convent, with their deserted gardens and vineyards. Its numerous temples, its palaces, its porticos, and its libraries, once the glory of Rome, and the admiration of the universe, are now mere heaps of ruins, so shapeless and scattered, that the antiquary and architect are at a loss to discover their site." Eustace's Tour through Italy, 3d edit. vol. i. 378.

consulatum putabatur. Hanc Scaurus* demolitus, accessionem adjunxit ædibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit: hic summi et clarissimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam et calamitatem.

Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et ut in ceteris habenda ratio non sui solum, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admit-tenda hominum cujusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis.† Aliter ampla domus dedecori sæpe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime, si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a prætereuntibus dicitur,

O domus antiqua, heu quam dispari
Dominare domino ††

quod quidem his temporibus in multis licet dicere. §

Cavendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne

* *Scaurus*. M. Æmilius Scaurus, son of the princeps senatus, named in the 22d chap. During his canvass for the consulate, two accusations were preferred against him, one for accepting, the other for giving, bribes. On each, Cicero acted as his advocate. Neither of these orations has been preserved. The pulling down this house, and the magnificence of his own, seem to have been among the circumstance which gave offence to the mob. Vide Plin. xxxvi. 15. The first accusation, of personal corruption, was not established, but that of giving bribes probably was; and he failed in his attempt to obtain the consulate. Ep. ad Attic. iv. 16, ad Q. Fratr. iii. 2.

† *Laxitatis*: care must be taken that it be spacious.

‡ *Domino*. To what poet these lines are to be attributed, has not been ascertained. They are also alluded to in Philip. ii. 41, "O tecta ipsa misera! quam dispari domino! Quamquam quomodo iste dominus? Sed tamen a quam dispari tenebantur." Erasmus conjectures that Ennius wrote these lines; and that originally they stood, *O domus Anti* or *Anci, quam dispari domino dominaris*. One MS. confirms the conjecture. *Dominare* is here employed in a passive sense, of which frequent instances occur in ancient poets, with regard to verbs now called deponents.

§ *Licet dicere*. Alluding to the lamentably frequent change of property in the Roman palaces, from proscriptions and confiscations, which Cicero had had the misfortune to witness, and which had not terminated when he was writing.

extra modum sumtu et magnificentia prodeas : quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Studiosè enim plerique, præsertim in hanc partem, facta principum imitantur : ut L. Lucilli,* summi viri, virtutem quis ? at quam multi villarum magnificentiam imitati sunt ? quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitæ transferenda est. Sed hæc hactenus.

In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda : primum, ut appetitus rationi pareat ; quo nihil est ad officia conservanda accommodatius : deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus ; ut neve major, neve minor cura et opera suscipiatur, quam causa postulet : tertium est, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum tamen trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi.

CAP. XL. *Quid sit ordo : magnam esse vim loci et temporis ad commutandum rerum naturam.*

DEINCEPS de ordine rerum et de opportunitate temporum dicendum est. Hæc autem scientia continentur ea, quam Græci *ἐνταξίαν* nominant : non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest ; sed illa est† *ἐνταξία*, in qua intelligitur ordinis conser-

* *Lucullus.* He had the rare distinction of displaying considerable military talents, possessing enormous wealth, and enjoying a fair reputation. In his villas, in particular, he lived in great hospitality and luxury, having different suites of apartments for summer and winter. Plin. ix. 54. Varron. R. R. lib. i. iii. Plut. in Vita. In the fourth book of Tusc. Quæst, inscribed Lucullus, his virtues are highly praised.

† *Sed illa est.* Hanc having preceded, *illam* in the accusative also might have been expected. But Cicero appears to have preferred occasionally the present construction ; as, in the 6th chap. "Duo vitia vitanda, unum—alterum est vitium." De Or. 1. 27, "Has causas inveniebam duas, unum—altera est."

vatio. Itaque, ut eandem nos modestiam appellemus, sic definitur a Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Ita videtur eadem vis ordinis et collocationis fore. Nam [et] ordinem sic definiunt compositionem rerum aptis et accommodatis locis. Locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunum Græce *εὐκαιρία*, Latine appellatur occasio. Sic fit, ut modestia hæc, quam ita interpretamur, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.

Sed potest eadem esse prudentiæ definitio, de qua principio diximus: hoc autem loco de moderatione, et temperantia, et earum similibus virtutibus quærimus. Itaque, quæ erant prudentiæ propria, suo loco dicta sunt. Quæ autem harum virtutum, de quibus jam diu loquimur, quæ pertinent ad verecundiam, et ad eorum approbationem, quibuscum vivimus, nunc dicenda sunt.

Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se et convenientia. Turpe est enim valdeque vitiosum, in re severa convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclen, hique de communi officio convenissent, et casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, “O puerum pulchrum, Pericle!” “At enim prætorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.” Atque hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, justa reprehensione caruisset: tanta vis est et loci, et temporis.

Ut, si qui, cum causam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur,* aut si quid aliud

* *Meditetur.* The original meaning of this verb appears to have been to *rehearse*, or practise beforehand, recitation or singing. Its derivation may be from Melos: in Greek, the same resemblance appears between *μέδομαι*, or *μήδομαι*, and *μέλος*. Speaking of De-

attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur, inscitia temporis. Sed ea, qua multum ab humanitate discrepant, ut, si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile apparent nec magno opere admonitionem et præcepta desiderant. Quæ autem parva videntur esse delicta, neque a multis intelligi possunt, ab iis est diligentius doclinandum. Ut in fidibus aut in tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet: sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet; vel multo* etiam magis, quo major et melior actionum, quam sonorum, concertus est.

CAP. XLI. *Minima peccata esse vitanda: in rebus dubiis quid hominibus doctis placeat, exquirendum: virtutem, ubicunque sit, coli oportere.*

ITAQUE, ut in fidibus musicorum aures vel minima sontiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex parvis. Ex oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione aut contractione, ex mæstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis et submissione, ex ceteris similibus, facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodum, quale quidque eorum sit, ex aliis iudicare: ut, si quid dedecet in illis, vitemus ipsi. Fit enim nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus,† quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur, emendandi causa, magistri.

mosthenes, our author has said, De Orat. c. 61, "perfecit meditando ut nemo planius eo locutus putaretur." And Quintilian, iv. c. 2, calls "Declamationem, forensium actionum meditationem."

* *Vel multo.* Legend. *idque multo*, quod verum unice. Toup. In the MSS. no variation is noted in this passage

CHAPTER XLI.

† *Aliis cernamus.* Hor. l. i. Sat. 3, v. 23.

Nec vero alienum est, ad ea eligenda, qua dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, et, quid iis de quoque officii genere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur:* in quibus videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam, qua de causa quisque sentiat. Ut enim pictores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poëtæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: hique et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis et facienda, et non facienda, et mutanda, et corrigenda sunt.

Quæ vero more agentur institutisque civilibus, de iis nihil est præcipiendum. Illa enim ipsa præcepta sunt. Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates aut Aristippus† contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum vero ratio tota est

* *Natura ipsa deducitur.* We must expect the greater part of men to be led blindly and mechanically by their predominant passions. It must be observed that J. F. Heusinger considers this interpretation as not reconcilable with the remainder of the paragraph, but without explaining in what respect they clash. He interprets the sentence, "alio nos ducunt ea quæ sequuntur," that the majority of mankind approve that which nature herself prescribes; and that therefore, although individuals may err, any general deviation from a right opinion on any duty can hardly be expected. This sentence appears to interrupt the train of argument, and may possibly have been an annotation, introduced into the text from the margin.

† *Aut Aristippus.* As the verb following is plural, Bishop Pearce proposed to change the conjunction into *et*, but it does not appear that he had the authority of any MS. Some instances appear of two nouns in the singular, joined by *aut*, governing a plural verb. De Or. ii. 4, "Ut ne Sulpicius familiaris meus, aut Cotta plus quam ego apud te velere videantur." In some MSS. indeed *videatur* is found. Sulpicius ad Cic. l. iv. Ep. 5, "Quid est quod tu aut illa cum fortuna, hoc nomine, queri possitis?" Aristippus had been a disciple of Socrates; he was a native of Cyrene, and founded the sect named the *Cyrenaic*, to which was imputed a strong tinge of Epicureanism.

ejicienda. Est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.

Eos autem, quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de republica sentientes, ac bene meritos, aut merentes, sic, ut aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus: tribuere etiam multum senectuti: cedere iis, qui magistratum habebunt: habere dilectum civis et peregrini: in ipsoque peregrino, privatimne an publice venerit. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare debemus.

CAP. XLII *De quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi. Agriculturæ laudes.*

JAM de artificiiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc fere accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt: ut portitorum, ut feneratorum.* Illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces aucturamentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur. Nec vero est quidquam turpius vanitate.† Opificesque omnes in sordida arte versantur.‡ Nec enim

CHAPTER XLII.

* *Portitorum ut feneratorum.* By the former term may be understood *inferior collectors of the public revenue*; of the same class, probably, as the persons whom the New Testament (as in Matt. ix. 10,) denominates *τελώνας*; translated *publicanus*; and who may be supposed to be everywhere unpopular. But the real *publicani*, the farmers general, were Roman knights, persons on whom high rank, and generally, the possession of wealth, conferred respect. *Feneratores*; those who make a trade of advancing money to the indigent, and who must necessarily proportion the rate of interest demanded to the risk they run. This class of men will, of course, in all ages, incur popular odium.

† *Vanitate.* "Vanitas dicitur de omnibus iis rebus quæ habent speciem inanem, a veritate alienum; ut, de mendacio." Ernesti.

‡ *Opificesque—versantur.* The contempt which Cicero ex-

quidquam ingenuum potest habere officina. Minimeque artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum :

Cetorii, lanii, coqui, factores, piscatores,

ut ait Terentius.* Adde huc, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.‡

Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hæ sunt iis quorum ordini conveniunt, honestæ. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est : sin magna et copiosa, multa undique apportans multisque sine vanitate‡ impartiens, non est admodum vituperanda.§ Atque

presses toward artizans and retail-dealers may easily be traced to the exclusively military habits and notions of his countrymen, and to their unhappy practice of domestic slavery. The ideas of labour for a maintenance, and of shopkeeping, had become associated in his mind with those of illiberality, servile birth, and, it seems, habitual falsehood. Unless a retail-dealer gained by the last property, Cicero thought, he could gain by no other. In societies not unduly constituted, no reason can, however, be given, why probity, veracity, and independence of mind, may not as well be the portion of persons in humble life, as of their superiors ; or why buying and selling on a small scale, should corrupt the moral principle more than on a larger. It is true that "the wages earned by mechanics, or the price paid to shopkeepers for their wares, are the title which the rich have on them for their services." And it is equally true that their services are the title by which they claim the money of the rich. If they need our money, we need their work or their wares : and if they thought fit to withhold them, who would be the greatest sufferers ?

* *Terentius*. Eunuch. ii. 2, 26.

† *Ludum talarium* : keepers of gaming-houses, and all who live by play.

‡ *Sine vanitate* : without fraud or deception.

§ *Mercatura—vituperanda*. "De mercatura in universum quærimus, probanda an improbanda sit : si probanda est, profecto tam probari institorem oportet qui cymbam onustam pipere, quam qui ingentem onerariam navem ultimis ex regionibus adduxerit." Calcagnini. By the qualifying phrases, *quorum ordini conveniunt* ; *non admodum vituperanda*, it appears that Cicero viewed these as at best but plebeian pursuits. Similar prejudices, even at this day, reign in Germany, and in France. When the established customs of a country exclude from active professions a considerable portion of its citizens, obliging those of energetic minds to seek distinction by the sword, and creating two orders in the state, the one despising, the other envying, and jealous of the other, the political consequences must occasionally be felt.

etiam, si satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulit, videtur jure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agri cultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil [homine] libero dignius. De qua, quoniam in Catone majore* satis multa diximus, illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

CAP. XLIII. *Officiorum comparatio: quænam sint præferenda.*

SED ab iis partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officio ducerentur, satis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio et comparatio;† de duobus honestis utrum honestius:‡ qui locus a Panætio est prætermisus. Nam cum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis:§ hæ in deligendo officio sæpe inter se comparentur, necesse est.

Placet igitur, aptiora esse naturæ ea officia quæ ex

* *Catone majore.* C. 15, and the following chapters. These favourable opinions on agriculture correspond with those of Hor. Epod. 2, Virg. Georg. 11.

CHAPTER XLIII.

† *Et comparatio.* On the authority of two MSS., Ernesti omits *et comparatio*; which certainly contribute nothing to the sense. *Contentio* must be understood to imply a careful comparison and examination of the properties of each.

‡ *Utrum honestius.* On the principle of the Stoics, Paradox. 3, "Pares esse virtutes nec bono viro meliorem, nec forti fortiorem, nec temperanti temperantiorem," that which is *honestum* cannot become *honestius*. There cannot be degrees, according to their theory, in what is right or wrong: but though positively equal, if it happened that the observation of both was impracticable, an examination might be allowed into their relative expedience in point of time, which of the two, under given circumstances, must give way.

§ *Cognitionis—moderationis.* 1st. *Cognitio*, or *prudence*. 2d. *Communitas*, *observation of the relations of life*, or *duties to each other*; *justice*. 3d, *Magnanimitas*, *fortitude*. 4th. *Moderatio*, *temperance*.

communitate, quam ea quæ ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari potest, quod, si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis, quamvis omnia, quæ cognitione digna sunt, summo otio secum ipse consideret et contempletur; tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, excedat e vita. Princepsque omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant: (prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν, aliam quamdam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia) illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia: in qua continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut est, certe necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturæ manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ea autem actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur.

Pertinet igitur ad societatem generis humani. Ergo hæc cognitioni anteposenda est. Atque id optimus quisque re ipsa ostendit et iudicat. Quis enim est tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura, ut, si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum discrimenque patriæ, cui subvenire opitulatique possit, non il omnia relinquat atque abjiciat, etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis, in amici re aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studiis officiisque scientiæ præponenda esse officia justitiæ, quæ pertinent ad hominum caritatem, qua nihil homini esse debet antiquius.*

* *Antiquius*. The original meaning of *antiquius*, or *anticus*, (as *coquus*, *cocus*; *sequius*, *secius*; *quotidie*, *cotidie*; *quum* and *cum*) must have been the same as *anterior*, *prior*. *Nihil antiquius est*, therefore, simply means, *that nothing should be placed before it — no duty preferred to it*.

CAP. XLIV. *Studium ad societatem conferendum esse.*

ATQUE illi, quorum studia vitæque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt. Nam et erudiverunt multos, quo meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent: ut Thebanum Epaminondam Lysis* Pythagoreus, Syracusium Dionem† Plato, multique multos: nosque ipsi, quidquid ad rempublicam attulimus, (si modo aliquid attulimus) a doctoribus atque doctrina instructi‡ ad eam, et ornati accessimus.

Neque solum vivi atque præsentis studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. Nec enim locus ullus prætermisus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reipublicæ pertineret; ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur.§ Ita illi ipsi doctrinæ studiis et sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam intelligentiam prudentiamque potissimum conferunt. Ob eamque causam eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare: quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate juncti sumus.

Atque ut apium examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos: sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi cogitandique soller-

CHAPTER XLIV.

* *Lysis.* A native of Tarentum. The golden verses are ascribed to him, which pass under the name of his master.

† *Dionem.* Brother-in-law of the elder Dionysius: he expelled the younger from Syracuse. Corn. N. in Vita.

‡ *Doctrina instructi.* Cicero takes frequent occasions to express gratitude to his instructors. Orat. c. iii. De Nat. D. l. i. c. 3. Pro Arch. c. vi.

§ *Contulisse videantur.* Though they themselves lived in privacy, their efforts were directed to fit others for a life of activity.

tiam. Itaque nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et jejuna videatur. Itemque magnitudo animi, remota communitate conjunctioneque humana, feritas sit quædam et immanitas. Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas.

Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitæ, quod ea, quæ natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus communitatem, et societatem: quod si omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur; tum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione et scientia collocaret. Non est ita. Nam et solitudinem fugeret, et socium studii quæreret; tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium, quod ad conjunctionem hominum et ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur.

CAP. XLV. *Communitatis officia modestiæ officiis non esse anteponenda: esse officiorum gradus.*

ILLUD forsitan quærendum sit, num hæc communitas, quæ maxime est apta naturæ, sit etiam moderationi modestiæque semper anteponenda. Non placet. Sunt enim quædam partim ita fœda, partim ita flagitiosa, ut ea, ne conservandæ quidem patriæ causa, sapiens facturus sit. Ea Posidonius* collegit per multa, sed ita tætra quædam, ita obscœna, ut dictu quoque videantur turpia. Hæc igitur non suscipie

CHAPTER XLV.

* *Posidonius*. A disciple of Panætius, and stoic philosopher. He had been among the instructors of Cicero: "Doctissimorum hominum familiaritates quibus semper domus nostra floruit, et principes illi, Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius." De Nat. D. lib. i. c. 3.

reipublicæ causa; ne res quidem publica pro se suscipi volet. Sed hoc commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit reipublicæ, quidquam illorum facere sapientem.

Quare hoc quidem effectum sit, in officiis deligendis id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate.* Etenim cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio. Ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare prudenter. Atque hæc quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in exquirendo officio, quid cuique sit præponendum, videre. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum: ex quibus, quid cuique præstet, intelligi possit: ut prima diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur.

Quibus ex rebus breviter disputatis intelligi potest, non solum id homines solere dubitare, honestumne an turpe sit: sed etiam duobus propositis honestis, utrum honestius. Hic locus a Panætio est, ut supra dixi, prætermisus. Sed jam ad reliqua pergamus.

* *Teneatur hominum societate.* Our duties which have relation to society. Pearce conjectures that we should read *tueatur hominum societatem*; but the use of *teneor* in a similar sense occurs lib. xiii. Ep. 29, "Non dubitur quin scias in his necessariis qui tibi a patre relictis sunt, me tibi esse vel conjunctissimum, non his modo causis quæ speciem habeant magnæ conjunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate et consuetudine teneantur."

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Hoc Libro, de *utili* agitur, quæ erat altera pars totius de Officiis disputationis constituta. Utile autem est vel opinatum, quod ad honesto discrepat, vel rerum, quod cum honesto est conjunctum et natura confusum, et totum in virtute a Cicerone constituitur. Sed quoniam quæcunque ad vitam hominum tuendam et ad utilitatem nostram pertinent, aut sunt hominum opere perfecta, aut sine eorum auxilio comparari non possunt, hominesque hominibus plurimum obesse et prodesse possunt, relictis omnibus, docet conciliandos esse animos hominum, et ad usus nostros adjungendos: quod quomodo fieri possit non in singulis modo hominibus, sed etiam in multitudine et populo universo, fuisse demonstratur; sed ita ut omnis amor atque benevolentia hominum a virtute et honestate arcessatur, tamquam a justitia, sapientia, liberalitate, fide, humanitate, hospitalitate. Ad utilitatem vero quoniam pertinet etiam valetudo, pecuniæque ablatio, quomodo valetudo sustentetur, et pecunia honeste quærat, ostendit. In comparatione autem utilitatum, quum vel externa commoda cum commodis corporis, vel corporis commoda cum externis, aut commoda corporis inter se, aut externa cum externis comparentur, non dubium esse pronuntiat quin major utilitas minori sit anteponenda, hac tamen lege ne ab honesto deflectatur.

CAP. I. *Philosophiam unicum esse Ciceronis solatium.*

QUEMADMODUM officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum

arbitror libro superiore. Sequitur, ut hæc officiorum genera persequar, quæ pertinent ad vitæ cultum, et ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. In quo* tum quæri dixi, quid utile, quid inutile: tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixerō.†

Quamquam enim libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitaverunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiæ nomen sit invisum, mirenturque, in ea tantum me operæ et temporis ponere. Ego autem quamdiu respublica per eos gerebatur,‡ quibus se ipsa commiserat, omnes meas curas cogitationesque in eam conferebam. Cum autem dominatu unius, omnia tenerentur, neque esset usquam consilio aut auctoritati locus, socios denique tuendæ reipublicæ, summos viros, amissem; nec me angoribus dedidi, quibus eram confectus, nisi iis restitsem, nec rursum§ indignis homine docto voluptatibus.

Atque utinam respublica stetisset, quo cœperat statu nec in homines non tam commutandarum, quam evertendarum rerum cupidos, incidisset. Primum enim, ut stante republica facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operæ poneremus: deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras man-

CHAPTER I.

* *In quo.* This sentence, ending *maxime utile*, is thought, by Facciolati and other editors, to be an interpolation.

† *Si—dixero.* *Si* (from *sit*) in this and similar passages, is not to be understood hypothetically: rather, *when* I have spoken a few prefatory words—

“Si nona diem mortalibus alnum
Aurora extulerit.”

Æn. v. 64.

‡ *Gerebatur.* Al. *regebatur*: which Ernesti prefers.

§ *Nec rursus.* The Latin idiom here approaches the English, *nor again*: and the Greek *αὐ καὶ πάλιν* which also is employed to express, *on the other hand*.

daremus, ut sæpe fecimus.* Cum autem respublica, in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino, illæ scilicet literarum conticuerunt, forenses et senatoriæ.

Nihil agere autem cum animus non posset, in his studiis ab initio versatus† ætatis, existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulisses. Cui cum multum adolescens discendi causa temporis tribuisses, postea quam honoribus inservire cœpi, meque totum reipublicæ tradidi; tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum et reipublicæ temporis.§ Id autem omne consumebatur in legendo; scribendi otium non erat.

CAP. II. *Laudes philosophiæ persequitur. Quid sentiant Academici.*

MAXIMIS igitur in malis hoc tamen boni assecuti videmur, ut ea literis mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, et erant cognitione dignissima. Quid est enim, per deos, optabilius sapientia? quid præstantius? quid [homini] melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expetunt, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, præter

* *Sæpe fecimus.* "Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos jampridem ad te misissem, si esse edendos putassem: sunt enim testes, et erunt sempiterni, meritorum tuorum erga me." Ep. ad Lentul. lib. i. 9. "Eos aut hominum incuria aut vetustas ipsa perdidit." P. Manutius.

† *Scilicet literarum.* These two words, Bishop Pearce thinks, have crept in from the margin.

‡ *Ab initio versatus.* In Cicero's younger days, literature was still a stranger in Rome, and probably in some degree unpopular, as interfering with military pursuits, to which the attention of youth was exclusively directed. Hardly a century had elapsed since a Senatus Consultum banished the Greek instructors, called philosophers.

§ *Quantum—temporis.* In some early editions, for *temporis*, is found *temporibus*: according to the present reading, which appears in all MSS., the sense may be rendered complete either by supplying the ellipse, *tempori*; *quantum temporis superfuerat* tempori *amicorum, et publicæ rei*; or *rei,—superfuerat* rei *amicorum, et publicæ rei*.

studium sapientiæ. Sapientia autem est, (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia: cujus studium qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet.

Nam sive oblectatio quæritur animi requiesque curarum; quæ conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum? sive ratio constantiæ virtutisque ducitur;* aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. Nullam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquentium, atque in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina virtutis; ubi ea quæretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc, cum ad philosophiam cohortamur, accuratius disputari solent: quod alio quodam libro† fecimus. Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur orbatu reipublicæ muneribus ad hoc nos studium potissimum contulissemus.

Occurritur‡ autem nobis, et quidem a doctis et eruditissimis, quærentibus, satisne constanter,§ facere videamur, qui, cum percipi nihil posse dicamus, tamen et aliis de rebus disserere soleamus, et hoc ipso tempore præcepta officii persequamur. Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia. Non enim sumus ii, quorum vageatur animus errore, nec habeat unquam, quid sequatur. Quæ enim esset ista mens, vel quæ vita potius, non modo disputandi, sed vivendi ratione sublata? Nos

CHAPTER II.

* *Virtutisque ducitur.* *Rationem alicujus ducere*, has the same meaning as *rationum habere*.

† *Alio quodam libro.* A marginal note in one MS. on this passage intimates that the book thus referred to was inscribed *Hortensius*, unfortunately lost. St. Augustin, in his confessions, lib. iii. c. 4, thus alludes to it: "Ille liber mutavit affectum meum, et ad te ipsum, Domine, mutavit preces meas; et vota, ac desideria mea fecit alia."

‡ *Occurritur: it is objected.*

§ *Satisne constanter.* *With a due regard to consistency.*

autem, ut ceteri* alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab his dissentientes, alia probabilia, contra alia esse dicimus.

Quid est igitur, quod me impediatur, ea quæ mihi probabilia videantur, sequi? quæ contra, improbare: atque affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quæ a sapientia dissidet plurimum? Contra ✓ autem omnia disputatur a nostris, quod hoc ipsum probabile clucere non possit, nisi ex utraque parte, causarum esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quamquam in antiquissima nobilissimaque philosophia, † Cratippo auctore, versaris, iis simillimo, qui ista præclara pepererunt: tamen hæc nostra, finitima vestris, ignota esse nolui. Sed jam ad instituta pergamus.

CAP. III. *Quidquid honestum sit, idem esse utile. Quantas utilitates afferat societas.*

QUINQUE igitur rationibus ‡ propositis officii persequendi, quarum duæ ad decus honestatemque pertinent; duæ ad commoda vitæ, copias, opes, facultates; quinta ad eligendi iudicium, si quando ea, quæ dixi, pugnare inter se viderentur; honestatis pars confecta est, quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod utile appellatur. In quo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut honestatem ab utilitate secernens et constitueret, honestum esse aliquid, quod

* *Ut ceteri.* "Ordo sermonis perturbator est et obscurus amphibologia. Sic ordinari potest: Nos dissentientes ab his, nempe Stoicis, qui alia dicunt esse certa, alia incerta, sicut et ceteri academici dissentiunt, dicimus alia probabilia, alia improbabilia." Erasm.

† *Philosophia.* The Peripatetic sect; to whose tenets those embraced by Cicero, though not identically the same, nearly approached—*finitima vestris.*

CHAPTER III.

‡ *Quinque—rationibus.* Vide lib. i. c. 3.

utile non esset, et utile, quod non honestum: qua nulla perniciēs major hominum vitæ potuit afferi.

Summa quidem auctoritate philosophi, severe sane atque honeste, hæc tria genera confusa,* cogitatione distinguunt.† Quidquid enim justum sit, id etiam utile esse censent: itemque quod honestum, idem justum. Ex quo efficitur, ut, quidquid honestum sit, idem sit utile. Quod qui parum perspiciunt, hi sæpe versutos homines et callidos admirantes, malitiam sapientiam judicant. Quorum error eripiendus est, opinioque omnis ad eam spem‡ traducenda, ut honestis consiliis justisque factis, non fraude et malitia se intelligant ea, quæ velint, consequi posse.

Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ut ea, quæ gignuntur a terra, ut alia generis ejusdem: partim animalia, quæ habent suos impetus et rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione utentia. Expertes rationis, equi, boves, reliquæ pecudes [apes] quarum opere efficitur aliquid ad usum hominum atque vitam. Ratione autem utentium duo genera ponunt, deorum unum, alterum hominum. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas: proxime autem et secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Earumque item rerum, quæ noceant et obsint, eadem divisio est. Sed quia deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus obesse plurimum, arbitrantur. Ea enim ipsa, quæ inanima diximus, pleraque sunt hominum operis effecta, quæ nec haberemus, nisi manus et ars accessisset: nec

* *Confusa.* "Quia proprie unam rem efficiunt, confusa dicuntur." Ernesti. *Hoc de quo loquimur decorum totum illud quidem est cum virtute confusum*, i. 27.

† *Distinguunt.* Philosophers of the highest reputation, viewing that which is just and honourable, as in truth inseparable from that which is useful, still admit, that in idea, and merely as a subject of reflection, they may be disjoined.

‡ *Ad eam spem.* *Not to hope for success by fraudulent and knavish practices, but by observing the rules of honour and honesty*

his sine hominum administratione uteremur. Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset.

Jam vero et earum rerum, quibus abundarem, exportatio, et earum, quibus egerem, invectio, certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. Eademque ratione nec lapides e terra exciderentur ad usum nostrum necessarii,

Nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur penitus
abditum,

sine hominum labore et manu.

CAP. IV. *Quibus rebus homines hominibus prosint.*

TECTA vero, quibus et frigorum vis pelleretur, et calor molestiæ sedarentur, unde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subveniri,* si aut vi tempestatis, aut terræ motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manu factos, quæ unde sine hominum opere habere possemus? Ex quibus, multisque aliis perspicuum est, qui fructus quæque utilitates ex rebus iis, quæ sunt inanima, percipiantur, eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus, aut quæ commoditas,

CHAPTER IV.

* *Subveniri*. In several MSS., *subvenire*: Facciolati substitutes *restitui*; but it is believed merely on conjecture. The present reading is found in MSS. of the best authority. In other writers of pure Latinity, as well as in Cicero, verbs neuter occasionally assume a passive form, as *adrideri*, *adsurgere*, *circumplaudiri*, *circumsonari*, *decedi*, *imperari*, *invideri*, *obstrepere*, *offici*, *plaudiri*. Scheller observes that this sentence is capable of two constructions: either, *TECTA postea subveniri potuissent*; *houses may afterwards be put in repair*: or, by disjoining *TECTA*, and *subveniri*, that *iis*, and *potuisset*, may be understood. He leans to the former opinion. Lambinus considers the passage as probably containing some as yet undetected error.

nisi homines adjuvarent, percipi posset? Nam et qui principes inveniendi* fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tempestivos fructus ex his capere possemus: ab eisdemque et eæ, quæ nocent, interficiuntur; et quæ usui possunt esse, capiuntur.

Quid enumerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? Quis enim ægris subveniret, quæ esset oblectatio valentium, qui victus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent, quibus rebus exulta hominum vita tantum distat a victu et cultu bestiarum? Urbes vero sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari: ex quo leges moresque constituti, tum juris æqua descriptio certa que vivendi disciplina. Quas res et mansuetudo animorum consecuta, et verecundia est; effectumque, et esset vita munitior; atque ut dando et accipiendo, mutandisque facultatibus et commodandis nulla re egeremus.

CAP. V. *Homines hominibus et obesse plurimum: quidque officii inde deducendum.*

LONGIORES hoc loco sumus, quam necesse est. Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis a Panætio commemorantur, neminem neque ducem belli, nec principem domi, magnas res et salutare sine hominum studiis gerere potuisse? Commemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander; quos negat sine adjumentis hominum tantas res efficere potuisse. Utitur in re non dubia testibus non necessariis. Atque ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu; sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Est Dicæarchi* liber de

* *Principes inveniendi. Those who first discovered.*

CHAPTER V.

† *Dicæarchi.* A native of Messina, and disciple of Aristotle. Diog. Laert. iii. 4. Of his numerous writings, some still remain.

interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta; deinde comparat, quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est, bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.

Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus et prosint, et obsint; proprium hoc statuo esse virtutis conciliare animos hominum et ad usus suos adjungere. Itaque, quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum prompta ac parata, virorum præstantium sapientia et virtute excitantur.

Etenim virtus* omnis tribus in rebus fere vertitur: quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re verum, sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cujusque rei causa sit: alterum† cohibere‡ motus animi turbatos, quos Græci πᾶθη nominant; appetitionesque, quas illi ὀρμῆς, obediens efficere rationi: tertium, iis, quibuscum congregamur, uti moderate, et scienter, quorum

* *Etenim virtus.* From these words to the end of the chapter, Facciolati considers as an interpolation. Virtue had already been divided, not into three, but into four, provinces: although the words are Ciceronian, the construction, he thinks, is not. To this opinion, J. M. Heusinger assents.

† *Allerum—tertium.* Regularly *altera, tertia.* But instances are found of neuters in a similar construction: ch. 22, of the preceding book. "Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit enim bellicam, quoniam vi manuque confecta est, sed tamen id ipsum gestum est," &c. Liv. 43. 17, "Ne quis ullam rem in bellum magistratibus Romanis conferret præterquam quod senatus censisset."

‡ *Cohibere.* On this construction, Facciolati also observes, that it would have been more consistent with the preceding, *una res est in perspiciendo*, to have used *in cohibendo*; and he infers as not improbable, that the interpolator was the same person who, lib. i. c. 39, had introduced "Modus autem est optimus, decus ipsum tenere."

studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus; per eosdemque, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus, ulciscamurque* eos, qui nocere nobis connati sunt, tantaque pœna afficiamus, quanta æquitas humanitasque patitur.

✓ CAP. VI. *Magnam esse vim fortunæ: quonam modo studia hominum concilianda.*

QUIBUS autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur eaque teneamus, dicemus, neque ita multo post: sed pauca ante dicenda sunt. Magnam vim esse in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? Nam et cum prospero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos: et cum reflavit, affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: deinde a bestiis ictus, morsus, impetus. Hæc ergo, ut dixi, rariora.

At vero interitus exercituum, ut proxime trium,† sæpe multorum; clades imperatorum, ut nuper summi

* *Ulciscamurque.* The very purpose for which society is instituted, is to protect the innocent from aggression. The assertion of a right retained by individuals to punish, and much more to inflict that punishment from motives of revenge, is therefore equally ill-founded and dangerous,—ill-founded, because, on entering into society, we surrendered that right; and dangerous, because we should confer on individuals already sufficiently biassed in their own favour, at a moment of irritation, the power to judge and apportion the punishment to be inflicted on their enemies; which, if excessive, on our own principles gives the latter an equal right to visit those, who were first injured, with punishment equal to that excess; of the just amount of which they also are to be sole judges.

CHAPTER VI.

† *Interitus—trium.* The three signal defeats to which allusion is here made, are, probably, 1. That of Pharsalia. 2. That in Africa, of the army commanded by Scipio. 3. That in Spain, of the army under the younger Pompeys. These events are considered as fortuitous; and yet each of them was the inevitable consequence of the preceding chain of events: the word *fortuna* can bear no other meaning than the speaker's ignorance of the causes leading and contributing to a certain event.

ac singularis viri ;* invidiæ præterea multitudinis, atque ob eas bene meritorum sæpe civium expulsiones, calamitates, fugæ: rursusque secundæ res, honores, imperia, victoriæ, quamquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. Hoc igitur cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare possimus. Quæ sil ongior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur. Ita fortassis etiam brevior videbitur.

Quæcumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut benevolentia gratia† faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt: aut honoris, si cujus virtutem suspiciunt, quemque‡ dignum fortuna quam amplissima putant: aut cui fidem habent, et bene rebus suis consulere arbitrantur: aut cujus opes metuunt: aut contra, a quibus aliquid exspectant: ut cum reges, popularesve homines largitiones aliquas proponunt: aut postremo, pretio ac mercede ducuntur: quæ sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima, et iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur.

Male enim se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam non nunquam hoc subsidium necessarium est: quemadmodum sit utendum eo, dicemus, si prius iis de rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. Atque etiam subiiciunt se homines imperio alterius et potestati de causis pluribus. Ducuntur enim aut benevolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe,

* *Singularis viri.* In Brut. c. 85, Cicero has designated Cato of Utica, *summum et singularem virum.* In this instance, he probably means Pompey.

† *Benevolentia gratia.* Six motives are assigned for the services which men yield to each other. The first and fourth, benevolence and fear, are treated in chap. vii. and viii.: the second and third motives, arising from honour and fidelity, are treated in the successive chapters from ix. to xiv.: the fifth and sixth motives, liberality and corruption, from chapters xv. to xxiv. *Pearce.*

‡ *Quemque.* Facciolati and Ernesti conjecture, *eumque*

sibi id utile futurum, aut metu, ne vi parere cogantur, aut spe largitionis promissisque capti: aut postremo, ut sæpe in nostra republica videmus,* mercede conducti.

CAP. VII. *Nihil periculosius esse quam metui; nihil utilius quam amari.*

OMNIUM autem rerum nec aptius est quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri. Præclare Ennius:

Quem metuunt, odere: quem quisque odit, perisse expetit.

Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. Nec vero hujus tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, paretque cum maxime mortuo,† interitus declarat, quantum odium hominum valet ad pestem; sed reliquorum similes exitus tyrannorum, quorum haud fere quisquam talem interitum effugit. Malus est enim custos diuturnitatis metus, contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem.

Sed iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera civitate ita se instruant, ut metuantur, his nihil potest esse dementius. Quamvis enim demersæ sint leges alicujus opibus, quamvis timefacta‡ libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore

* *Videmus.* Again, both conjecture, *vidimus*; in which they are supported by one MS.

CHAPTER VII.

† *Paretque—mortuo.* These five words are not found in many MSS. and early editions: where found, they are variously written. Whether they be genuine or not, must therefore be in doubt. They probably refer to the obedience paid after Cæsar's death, not only to his real mandates, but to some produced in his name by M. Antony, which were generally supposed to be forgeries.

‡ *Timefacta.* In many valuable MSS., and early editions, *tremefacta*: which reading Facciolati prefers.

suffragiis.* Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ.† Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes et potentiam valet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur: ita facillime, quæ volumus, et privatis in rebus, et in republica consequemur. Etenim, qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdum metuant ipsi, necesse est.

Quid enim censemus,‡ superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angitur solitum, qui cultros metuens tonsorios,§ candente carbone adurebat capillum? Quid?

* *Judiciis—suffragiis.* Our acquaintance with the history of the times is too defective to allow us to pronounce what were these intimations silently given, and what these secret suffrages, to which our author alludes, as occasionally testifying the public aversion to usurpers: that such symptoms appeared, cannot be doubted. Curio, the personal enemy of Cæsar, was received with applauses at the theatre, when both Pompey and Cæsar, then in alliance, were hissed. Cæsetius Flavus, and Epidius Marullus, who were among Cæsar's most violent opponents, became candidates for the consulate during his sway, and received a considerable number of votes. After his death, the games given by Brutus were thronged by the people, and much applauded, though he himself was absent, and though M. Antony was then all-powerful in Rome. Other circumstances might be named, indicating the public opinion, but the greater number, and those to which Cicero may in particular have alluded, have probably not been recorded by history.

† *Acriores—retentæ.* At the time this remark was penned, as applied to the Romans themselves, it was warranted by the fact. The attempt to subject them to despotic sway had not been successful; but in the next generation, it became evident that freedom does not always retain this elastic force, this vigour of Antæus. The descendants of her most ardent votaries, under another system, became as submissive slaves. During the rule of Augustus, among the consuls is numbered M. T. Cicero, to whom this treatise is addressed.

‡ *Quid enim censemus.* In more than one instance, our author has employed a similar construction. Pro Rosc. Am. 17, "Quid censes, hunc ipsum S. Roscium, quo studio—esse?" De Or. i. 17, "Quid censes,—qualem illum oratorem futurum?"

§ *Tonsorios.* "Tonsorum metu, tondere filias suas docuit. Quarum, postquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit ut candentium juglantium putaminibus, barbam sibi et capillum adurerent." Val. Max. lib. ix. c. 13. In narrating the same circumstances, Tusc. v. 20, Cicero says, "instituitque ut—barbam sibi et capillum adurerent." Oudendorp, commenting on Suetonius, Ner. c. 1, notices the passage in the text, and thinks that there is no defect in not naming the

Alexandrum Pheræum, quo animo vixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum deligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, et eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Thraciis,* dstricto gladio jubeat anteire; præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, et, ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. O miserum, qui fidelio-rem et barbarum et stigmatiam putaret, quam conjugem! Nec eum fefellit.† Ab ea est enim ipsa, propter pellicatus suspicionem, interfectus.‡

Nec vero ulla vis imperii tanta est, quæ, premente metu, possit esse diuturna. Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros noçilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander; non a paucis, ut hic noster: sed in quem universa Agrigentorum multitudo impetum fecit.§. Quid? Macedones nonne Demetrium|| reliquerunt, universique se ad Pyrrhum contulerunt? Quid? Lacedæmonios, injuste imperantes, nonne repente omnes fere socii deseruerunt,¶ spectatoresque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis?

beard; *capillus* being, in his opinion, a general term, including hair and beard.

* *Thraciis*. "Thracæ barbari, apud quos frons stigmatibus compuncta nobilitatis erat insigne; apud alios, servi fugacis indicium." Erasm. The tyrant placed more confidence in these *tattooed* barbarians, than he could in a body-guard composed of Greeks.

† *Eum fefellit*. What is here the ellipse? Some editors insert *opinio*, but without sufficient warrant of MSS. In Toup's opinion, *animus*; in the Heusingers', *Thebe*, or *conjux*, is the nominative which should be supplied. Quintil. iv. "Ne fefellisse in his videar principem." Ep. ad Div. iv. 2. 6, "Quantum nos fefellerit (Cæsar) vides."

‡ *Interfectus*. With the aid of her brothers. Plut. Pelop. Diod. Sic. xiv. She was the daughter of Jason, named in the 30th chapter of the preceding book.

§ *Impetum fecit*. Phalaris, tyrant of Agrigentum, was stoned to death in a sudden tumult. This happened about the 32d Olympiad. Val. Max. iii. 3. 2.

|| *Demetrium*. Poliorcetes, son of Antigonus, to whom the Asiatic provinces were assigned. Justin. xvi. 2. Plut. in the lives of Pyrrhus, and Demetrius.

¶ *Socii deseruerunt*. Corn. Nep. Epam. vi.

CAP. VIII. *Reipublicæ Romanæ exemplo ostendit quibus mediis caritas conciliari queat.*

EXTERNA libentius in tali re, quam domestica, recorder. Verum tamen quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non injuriis; bella aut pro sociis, aut de imperio gerebantur; exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii;* regum, populorum, nationum portus erat et refugium, senatus; nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate et fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium, poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem et disciplinam jam antea minuebamur: post vero Sullæ victoriam penitus amisimus. Desitum est enim videri quidquam in socios iniquum, cum exstisset in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria.† Est enim ausus dicere, hasta posita,‡ cum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletium, et certe civium, prædam se suam vendere.

Secutus est, qui in causa impia, victoria etiam fœdore, non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis jure§

CHAPTER VIII.

* *Aut necessarii.* In those cases where the Romans transgressed the rules of common humanity to the fallen foe, Cicero wishes it to be understood that they were actuated by some motive of policy, or, as he terms it, of necessity. But is not this an aggravation of their crime?

† *Non honesta victoria.* "Postquam L. Sulla, armis recepta Rep., bonis initiis malos exitus habuit." Sall. Cat. c. 11.

‡ *Hasta posita.* The sign of these auctions of effects seized by the military, was a spear fixed in the ground: hence *hasta subjici*, to be disposed of by auction. The faction which prevailed took this mode of converting into money the effects of the proscribed, and of those who fell in battle.

§ *Uno calamitatis jure.* Several MSS. and early editions, for *jure*, read *genere*. It is probable that some ancient transcribers, not seeing how the word *jus* could apply to proceedings so nefarious, and productive of such wide-wasting misery, have introduced

comprehenderet. Itaque vexatis et perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii* portari in triumpho Massiliam† vidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis [bellis] triumpharunt. Multa præterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno quidquam sol vidisset indignius. Jure igitur plectimur. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia: a quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hereditas.

Nec vero unquam bellorum civilium semen et causa deerit, dum homines perditam hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt. Quam P. Sulla‡ cum vibrasset, dictatore propinquo suo, idem sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit. Alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor urbanus.§ Ex quo debet intelligi, talibus præmiis propositis,|| numquam defutura bella civilia. Itaque parietes modo urbis stant et manent, iique ipsi jam ex-

this alteration. Gronovius interprets *jus* as expressing occasionally no more than the state and condition in which persons were placed. Thus, Verr. iii. 6, "ut eodem jure essent quo fuissent." Agrar. iii. 2, "Libera meliore jure sunt quam serva." In the sense that the conqueror is said *dare jura* to the conquered. Cæsar may here be said, *universas provincias uno calamitatis jure comprehendere*.

* *Imperii*. As an image of our servitude; a proof that the republic no longer existed.

† *Massiliam*: a model or representation of Marseilles, in ivory, was carried in Cæsar's triumphal procession. In every change of fortune, its citizens had been faithful to their alliance with Rome; and during the civil wars, anxiously wished to remain neutral. This did not answer Cæsar's purpose: he besieged, and after a vigorous defence, took the town by capitulation. Cæs. de Bell. Civ. i. 34. ii. 20. Vell. Pat. ii. 56. 2.

‡ *P. Sulla*. Nephew of L. Corn. Sylla, the dictator.

§ *Quæstor urbanus*. This was probably P. Sylla's brother named Servius, who had been implicated in the Catilinarian conspiracy.

|| *Præmiis propositis*. "Hasta Cæsar's multis improbis et spem adfert et audaciam. Viderunt enim ex mendicis fieri repente divites, itaque hastam videre semper cupiunt ii qui nostris bonis imminent." Philip. viii. 3.

trema scelera metuentes ; rem vero publicam penitus amisimus. Atque in has clades incidimus (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quam cari esse et diligere maluimus. Quæ si populo Romano injuste imperanti accidere potuerunt, quid debent putare* singuli? Quod† cum perspicuum sit, benevolentia vim esse magnam, metus imbecillam ; sequitur ut disserramus, quibus rebus possimus facillime eam, quam volumus, adipisci cum honore et fide caritatem.

Sed ea non pariter omnes egemus. Nam ad cuiusque vitam institutam accommodandum est, a multisne opus sit, an satis a paucis diligere. Certum igitur hoc sit, idque et primum et maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, et nostra mirantium. Hæc enim est una res prorsus, ut‡ non multum differat inter summos et mediocres viros ; eaque utrisque est propemodum comparanda. Honore, et gloria, et benevolentia civium fortasse non æque omnes egent, sed tamen si cui hæc suppetunt, adjuvant aliquantum cum§ ad cetera, tum ad amicitias comparandas.

* *Debent putare.* This seems a singular construction, and would be thought, in the composition of an Englishman, the idiom of his own tongue. A corrector, on one MS., has *quid debetur putari.*

† *Quod.* Ernesti would read *quo.* In his Index Lat. he however says, that Cicero often employs *quod*, at the beginning of a sentence, in the sense of *quo ; in qua re ; ad id quod attinet.*

‡ *Res prorsus ut.* *Est ut* appears a Græcism. The ordinary construction would have been, *Hæc una res est in qua non multum differat inter summos et mediocres.* Pro Milone, c. 13, "Ille erat ut odisset."

“ Hoc tamen est ut
Quærendum videatur, et in discrimen agendum.”

Lucret. iii. 726.

§ *Cum.* The ordinary reading is *tum* : though *cum* appears but in one MS., and had been adopted but by one preceding editor, Gernhard has admitted it, apparently with reason. Cicero's intention is not to reckon the probable acquisition of friends, among the advantages of popularity, but to advert to that solely.

CAP. IX. *Quibus rebus gloria et fides comparentur.*

SED de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur *Lælius*.^{*} Nunc dicamus de gloria,[†] quamquam ea quoque de re duo sunt nostri libri; sed attingamus, quando quidem ea in rebus majoribus administrandis adjuvat plurimum. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Hæc autem, si est simpliciter breviterque dicendum, quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam influere possimus.

Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi, benevolentia[‡] præcepta videamus: quæ quidem beneficiis capitur maxime: secundo autem loco benefica voluntate benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis,[§] beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus: idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. At-

CHAPTER IX.

^{*} *Lælius*. In the second book, *De Divinatione*, Cicero enumerates his works: in that list, the dialogue, *De Amicitia*, and the present, do not appear: both were therefore probably composed at a subsequent period; but the dialogue, previous to the present work.

[†] *Gloria*. In the list mentioned in the preceding note, no mention is made of this work; which was also, in all probability, composed in the intermediate time. In *Ep. ad Att.* xv. 27, and *ad Fam.* xvi. 2, it is also named; but has not been preserved.

[‡] *Benevolentia*. Scil. *comparanda*.

[§] *Opinione liberalitatis*. By the character of liberality, as *opinio probitatis* in this chapter; and *justitiæ* in the next.

que hæ quidem causæ diligendi gravissimæ: possunt enim præterea non nullæ esse leviores.

Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest: si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam. Nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, quosque et futura prospicere credimus, et cum res agatur in discrimenque ventum sit, expedire rem et consilium ex tempore capere posse.* Hanc enim utilem homines existimant, veramque prudentiam. Justis autem et fidis hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur,† ut nulla sit in his fraudis injuriæque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos, rectissime committi arbitramur.

Harum igitur duarum ad fidem faciendam justitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine justitia nihil valeat ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior et callidior, hoc invisior et suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ justitia conjuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium; justitia sine prudentia multum poterit; sine justitia nihil valebit prudentia.‡

CAP. X. *Quas res admiremur, quasque contemnamus.*

SED ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso sæpe disputatum sit,§

* *Consilium—capere.* “Dicitur non qui consulit alium, sed qui ipse reperit consilium.” Erasm.

† *Fidis—fides habetur.* This tautological expression, Facciolati thinks, cannot be Cicero’s: *hominibus*, and *viris*, in the same sentence, also, appears suspicious. Pearce would correct, *justis autem, id est, bonis viris.* “Justitia—ex qua boni viri nominantur,” i. 7. “Justo homine, eoque quem virum bonum dicimus,” i. 10.

‡ *Justitia sine—valebit prudentia.* These words, being mere repetition, are deemed spurious by Bishop Pearce.

CHAPTER X.

§ *Disputatum sit.* Particularly Tusc. Q. l. iii. De Fin. lib. v.

qui unam haberet, omnes habere virtutes; nunc ita sejungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, justus esse: alia est illa, cum veritas ipsa limatur* in disputatione, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem, ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes esse dicamus. Popularibus enim verbis est agendum, et usitatis, cum loquimur de opinione populari, idque eodem modo fecit Panætius. Sed ad propositum revertamur.

Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent, hoc tertium, ut cum admiratione hominum, honore ab iis digni judicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, et præter opinionem suam animadverterunt: separatim autem in singulis, si perspiciunt nec opinata quædam bona. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam, et singulares perspicere virtutes: despiciunt autem eos et contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Non enim omnes eos contemnunt, de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, et ad faciendam injuriam instructos, eos contemnunt quidem neutiquam, sed de his male existimant. Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur ii, qui “nec sibi, nec alteri,”† ut dicitur; in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est.

Admiratione autem afficiuntur‡ ii, qui anteire cæteris virtute putantur, et cum omni carere dedecore, tum vero iis vitiis, quibus alii non facile possunt obsistere. Nam et voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes

* *Limatur*. This metaphor is taken from the trial, the polishing of metals, by means of a file. “Lima superficiem aufert, et quod subter latebat, detegit.” Facciolati.

† *Nec—alteri*. The ellipse is filled up in several ancient editions, though unnecessarily, by *prosunt*. Facciolati suggests *valent*, which would extend to both good and ill.

‡ *Admiratione—afficiuntur*: attract admiration.

animi* a virtute detorquent; et dolorum cum admoventur faces,† præter modum plerique exterrantur. Vita, mors, divitiæ, paupertas, omnes homines vehementissime permovent. Quæ qui in utramque partem‡ excelso animo magnoque despiciunt, cum aliqua his ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit et rapit. Tum quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis?

CAP. XI. *Benevolentiam, fidem, et admirationem, illa tria quæ proposita sunt ad gloriam, omnia, justitia confici.*

ERGO et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit: et maxime justitia (ex qua una virtute viri boni appellantur) mirifica quædam§ multitudini videtur: nec injuria. Nemo enim justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati anteposit. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum|| arbitrantur. Itaque illa tria, quæ proposita

* *Animi.* "Majore ex parte, animum a virtute detorquent." J. M. Heusinger.

† *Faces.* This is an allusion to the Furies. "Cum dolores, quasi Furia, faces intentant." J. M. Heusinger.

‡ *In utramque partem.* Either their possession or their absence; so as not to be anxious to retain life or wealth, nor fearful of death or poverty.

CHAPTER XI.

§ *Quædam.* On the authority of several MSS. *res* is here introduced by Pearce and Facciolati. The latter observes that if it is not inserted, neither should *quædam*. This does not follow. *Quidam* is often admitted, by the Latin idiom, as *τις* in Greek, without any definite meaning. In the last chapter but one; *alius quoque quidam aditus ad multitudinem*. "Cognovi præproperam quandam festinationem tuam." Ep. ad Fam. vii. 8, "Virtutem duram, et quasi ferream quandam, esse volunt." On the latter passage, a note of Ernesti's observes, "*quandam* est alienum ab h. l. delevique cum Grævio." It is to be regretted when editors thus tamper with their author's text, on no better ground than their own erroneous notions of improvement.

|| *Igni spectatum.* As gold: "Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum." Ovid. Trist. lib. i. v. 25.

sunt ad gloriam, omnia justitia conficit: et benevolentiam, quod prodesse vult plurimis; et ob eandem causam, fidem, et admirationem, quod eas res spernit et negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.

Ac mea quidem sententia omnis ratio atque institutio vitæ adjumenta hominum desiderat: in primisque, ut habeat, quibuscum possit familiares conferre sermones: quod est difficile, nisi speciem præ te boni viri feras. Ergo etiam solitario homini, atque in agro vitam agentis, opinio justitiæ necessaria est: eoque etiam magis, quod eam si non habebunt,* [injusti habebuntur:] nullis præsiidiis septi, multis afficientur injuriis.

Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, justitia ad rem gerendam necessaria est. Cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. Nam qui eorum cuiquam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit; is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispartiat, aut interficiatur a sociis, aut relinquatur. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem et Bardylis,† Illyrius latro, de quo

* *Habebunt.* *Habebunt*, and *habebuntur*, have for their nominatives, understood, *solitarius homo*, the man who lives in seclusion, and *vitam agens in agro*, the man resident in the country, but who may still mix in society.

† *Bardylis.* Plutarch, in the life of Pyrrhus, and Diodorus Sic. (lib. xvi.) give to this personage the appellation, not of a robber, but a king. Though Pyrrhus married his daughter, Bircenna, possibly but "thin partitions divided those extremes" in the character of Bardylis, or Bargulus, as he is named in some MSS. and early editions. It is under the latter name, and with a slight variation of character, he is recognised by our immortal bard:

. This villain here,
Being captain of a pinnace, threatens more
Than Bargulus, the strong Illyrian pirate.

2d pt. Hen. vi. act 4. sc. 1.

In the first English translation of Tully's Offices, made by Robert Whyntinton, 1533, Dr. Farmer informs us that the present passage

est apud Theopompum,* magnas opes habuit, et multo majores Viriathus† Lusitanus, cui quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius,‡ is, qui sapiens usurpatur, prætor fregit, et comminuit, ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet atque augeat, quantam ejus vim inter leges et judicia in constituta republica fore putamus?

CAP. XII. *Cujus rei causa reges constituti sint, nec non et leges; quæ sit via proxima ad gloriam.*

MIHI quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus,§ sed etiam apud majores nostros, justitiæ fruendæ causa, videntur olim bene morati reges constituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute præstantem; qui cum prohiberet injuria tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari jure tenebat. Eademque constituendarum legum fuit causa, quæ regum. Jus enim semper est quæsitum æquabile: neque enim aliter esset jus.

Id si ab uno justo et bono viro consequerentur, erant eo contenti. Cum id minus contingeret, leges sunt inventæ, quæ cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia

is rendered, "*Bargulus, a pirate upon the sea of Illyry.*" This accounts for the alias, as well as for the "new vocation," in which Shakspeare makes him labour.

* *Theopompus.* A pupil of Isocrates, who wrote on Grecian history. Corn. Nep. in Alcib. c. 11. Quintil. x. 1. 74.

† *Viriathus.* A Lusitanian shepherd. Heading an insurrection of his countrymen against Roman oppression, he maintained himself fourteen years against their power; and fell at length, not by their arms, but by treachery. Flor. ii. 17.

‡ *Lælius.* Prætor, A. U. C. 609. De Amicitia, c. xxv.

CHAPTER XII.

§ *Herodotus.* He relates, lib. 1, by what means Deioeces obtained the sovereignty.

magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero, ut idem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrentur. Omni igitur ratione colenda et retinenda justitia est, tum ipsa per sese (nam aliter justitia non esset) tum propter amplificationem honoris et gloriæ. Sed ut pecuniæ non quærendæ solum ratio est, verum etiam collocandæ, quæ perpetuos sumtus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales, sic gloria et quærenda, et collocanda ratione est.*

Quamquam præclare Socrates,† hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiarium dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, et inani ostentatione, et ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt, nec simulatum potest quidquam esse diuturnum. Testes sunt permulti in utramque partem: sed brevitatis causa familia contenti erimus una. Ti. enim Gracchus,‡ P. F. tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanorum manebit. At ejus filii,§ nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum obtinent jure cæsorum.

* *Ratione est.* As our endeavours to improve our fortunes are not designed merely, that the money acquired should be hoarded, so our endeavours to establish a good reputation should not, if we are successful, there terminate. We should avail ourselves with judgment of that reputation, to attain other valuable objects.

† *Præclare Socrates.* Xenoph. Memorab. lib. ii. Ἄλλὰ συντρογῶτάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδὸς, ἧ Κριτῆβουλε, ὅτι ἂν βούληθαι δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι.

‡ *Tib. Gracchus.* Who had been twice consul, A. U. C. 576 and 590; had twice triumphed; and had been censor.

§ *Filii.* Engaging in the civil dissensions of their country, in opposition to the senate, each of these brothers was assassinated, at the interval of thirteen years. A French academician, M. Du Bois, in a note which he has given in his translation of this work, observes very coolly of these unfortunate brothers: "C'étoient des brouillons qui avoient tenté par diverses fois, de faire passer des loix pernicieuses, et dont on fut contraint de se défaire." According to his code of morality, therefore, you are justified in putting to death without form of law, all persons who persist in proposing

CAP. XIII. *Quæ prima adolescenti, commendatio ad gloriam.*

QUI igitur adipisci veram gloriam volet, justitiæ fungatur officiis: ea quæ essent, dictum est in libro superiore.* Sed, ut facillime, quales simus, tales esse videamur, etsi in eo ipso vis maxima est, ut simus ii, qui haberi velimus, tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam (quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse) aut aliquo casu atque fortuna, in hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum, quid agat, quemadmodem vivat, anquiritur: et tamquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum. Quorum autem prima æstas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur, hi simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur.

Prima est igitur adolescenti commendatio ad gloriam si qua ex bellicis rebus comparari potest; in qua multi apud majores nostros exstiterunt: semper enim fere bella gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cujus altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo tamen in bello, cum te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudem et a summo viro,

for legislative sanction measures which you deem, or choose to term, pernicious! On this and similar maxims the learned academician's own countrymen have since acted on a large scale. Had he survived, not improbably he might have been numbered among the victims. Whether the laws proposed by the Gracchi were of pernicious tendency, or not, at least the private interests of their assassins were deeply affected by them. The frequent recurrence of such crimes, and their impunity, led to the establishment of despotism.

CHAPTER XIII.

* *Libro superiore.* In the 7th and following chapters.

† *Alæ alteri.* To each legion were attached two squadrons of horse, which covered its flanks. The command of one of such

et ab exercitu consequere equitando, jaculando, omni militari labore tolerando. Atque ea quidem tua laus pariter cum republica cecidit. Mihi autem hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto.* Quam ob rem purgamus ad ea, quæ restant.

Ut igitur in reliquis rebus multo majora sunt opera animi, quam corporis: sic eæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, gratiores† sunt, quam illæ, quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate in parentes, [tum] in suos, benevolentia. Facillime autem, et in optimam partem, cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros, bene consulentes reipublicæ, contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore [se] similes, quos sibi [ipsi] delegerint ad imitandum.

P. Rutiliū adolescentiam ad opinionem et innocentiam, et juris scientiam, P. Mucii§ commendavit domus. Nam L. quidem Crassus, cum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit max-

squadrons was conferred, it seems, by Pompey, on the younger Cicero. He could not have possessed sufficient experience for such a command: and indeed the employment of his time, on which his father compliments him, savours more of the recruit, than the field officer.

* *De genere toto.* A few MSS. here insert *juvenum*, a gloss probably taken from the margin, which however furnishes the meaning put on it by several interpreters. The Heusingers reject this meaning, and apply this passage to the *commendatio ad gloriam*.

† *Gratiores.* This reading, which every MS. consulted seems to confirm, merits an undoubted preference to *graviore*s, the Heusingers' reading. The pursuits of young men, by which their characters may be established, are the immediate subject.

‡ *P. Rutiliū.* Consul with Cn. Manlius, A. U. C. 648. A man of high literary attainments and respectable character. Velleius Paterculus (ii. 13) calls him "non seculi sui, sed omnis ævi optimum." Having attempted to defend the province of Asia Minor from the extortions of the farmers of the revenue, he was himself accused, and condemned to banishment. The remainder of his life was passed in the province which he had endeavoured to protect: the permission to return to Rome, which was offered to him, he declined to accept.

§ *P. Mucii.* P. Mucius Scævola, who had been consul and Pontifex Maximus. He was one of the first who brought into system the Roman law. Lib. iii. c. 2.—Lælius, xxvii.

inum laudem ex illa accusatione nobili* et gloriosa. Et qua ætate qui exercentur, laude affici solent, ut Demosthenem† acepimus, ea ætate L. Crassus ostendit, id se in foro optime jam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

CAP. XIV. *Quanta sit in oratione vis: in accusando modum esse adhibendum: defensionem esse laudabiliorem.*

SED cum duplex ratio sit orationis, quarum in altera sermo sit; in altera contentio: non est id quidem dubium, quin contentio orationis majorem vim habeat ad gloriam (ea est enim, quam eloquentiam dicimus) sed tamen difficile dictu est, quanto opere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis. Exstant epistolæ, et Philippi ad Alexandrum,‡ et Antipatri ad Cassandrum,§ et Antigoni ad Philippum [filium]|| trium prudentissimi-

* *Accusatione nobili.* At the age of 21, L. Crassus instituted a prosecution for corruption and extortion against C. Papirius Carbo, an orator of established reputation. De Orat. ii. 20.

† *Ut Demosthenem.* The point of resemblance between Demosthenes and Crassus is, that each established his fame as an orator at a peculiarly early age. When the former brought to justice his dishonest guardians, he was but of the age of 18; Crassus was but 19, as is asserted by the author of the dialogue de Oratoribus, attributed to Tacitus, but at most was not more than 21, (De Orat. iii. 74,) when he adventured on the accusation of the most distinguished orator of Rome. In order to render this sentence more clear, Ruhnken, in his notes on Eutilius Lupus, ii. 108. proposes the transposition of *ea ætate*, before *ut Demosthenem*. The ellipse of *fecisse*, is not unusual with Cicero. *Ut in astrologia, C. Sulpicium audimus; in geometria, S. Pompeium, ipsi cognovimus; multos, in dialecticis; plures, in jure civili*, i. 5.

CHAPTER XIV.

‡ *Alexandrum.* From Philip to his son, Alexander the Great.

§ *Ad Cassandrum.* After Alexander's death, Antipater, the father of Cassander, made himself master of Macedon. Two books of epistles left by him are mentioned by Suidas.

|| *Philippum [filium].* Some MSS. omit *filium*: others have *Philippi filium*. Who the Antigonus is, by whom these letters were written, is by no means clear. It is true that the general of Alexander, of that name, father of Demetrius Poliorcetes, had a younger son named Philip; to him, possibly, these letters were addressed. Plut. in Demetr.

morum, (sic enim accepimus,) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant, militesque blande appellando deleniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio; ea sæpe universam excitat. Magna est enim admiratio copiose sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam et sapere plus, quam ceteros, arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestiæ gravitas, nihil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt in adolescente.

Sed, cum sint plura causarum genera, quæ eloquentiam desiderant, multique in nostra republica adolescentes et apud iudices, et apud senatum, dicendo laudem assecuti sint, maxima est admiratio in iudiciis: quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione et defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen accusatio probata persæpe est. Dixi paullo ante de Crasso. Idem fecit adolescens M. Antonius.* Etiam P. Sulpicii† eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum, in iudicium vocavit.

Sed hoc quidem non est sæpe faciendum, nec unquam nisi aut reipublicæ causa, ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi, ut duo Luculli;‡ aut patrocinii, ut nos pro Siculis;§ *pro Sardis, pro M. Albucio Julius.*||

* *M. Antonius.* M. Antony, the triumvir's grandfather: he accused Cn. Papirius Carbo. Ep. ix. 21.

† *P. Sulpicii.* Lib. ii. de Orat. c. 25. Læl. c. 1.

‡ *Duo Luculli.* Servilius had accused the father of M. and L. Lucullus of extortion. They accused Servilius of peculation, Lib. iv. Acad. c. 1. Plut. in vita.

§ *Pro Siculis.* Alluding to his accusation of Verres. Cicero had been quæstor of Sicily.

|| *Pro—Julius.* The words in Italics are found uniformly in all MSS., yet they contain probably more than one error. Julius Cæsar Strabo, as the patron of the Sards, accused of extortion, Titus, not Marcus Albutius, who had governed the island as prætor. Brut. 26. Fin. i. 3. The error in this prænomen has given birth to the conjecture, that the original reading was *pro Sardis, in T. Albucium*: that in transcribing, *in T.* has been first mistaken for *M*: the preposition being thus lost, *pro* has been repeated; and *Albucium* converted into *Albucio*.

In accusando etiam M. Aquillio L. Fufii* cognita industria est. Semel igitur, aut non sæpe certe. Sin erit, cur faciendum sit sæpius, reipublicæ tribuat hoc muneris, cujus inimicos ulcisci sæpius, non est reprehendendum. Modus tamen adsit. Duri enim hominis vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut acusator nominere: quod contigit M. Bruto,† summo genere nato, illius filio, qui juris civilis in primis peritus fuit.

Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem [judicio] capitis arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Judicis est, semper in causis verum sequi: patroni, non nunquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere: ‡ quod

* *L. Fufii.* M. Aquillius, colleague of C. Marius in his fifth consulate. He was afterward sent as proconsul to Sicily. In the year following, being accused of bribery by L. Fufius Calenus, he was defended by the eloquent M. Antonius. De Orat. c. 47. Brut. c. 62.

† *M. Bruto.* M. Junius Brutus, the father of M. Brutus named in the text, composed some books on the municipal law of Rome. The son was on terms of enmity with L. Crassus, the orator, and was a frequent accuser; among others, of M. Scaurus, the Princeps Senatus.

‡ *Patroni—defendere.* To answer the purposes of substantial justice, it is in all cases necessary that the judge should have before him a complete statement of the matter in debate: in order to prepare it, impartiality requires that each litigant party should have the benefit of that skill and experience which those educated to the profession alone could furnish. When the judge is fully informed, it is then his duty to decide on which side justice lies: but, in the mean time, no blame can justly be imputed to the advocate who gives to either party the necessary aid to bring his suit to a fair decision: and it is confounding his office with that of the judge, to call on the advocate to decide on the merits, whilst the suit is yet in progress.

scribere (p̄æsertim cum de philosophia scriberem) non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panætio. Maxime autem et gloria paritur et gratia defensionibus: eoque major, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri argerique videatur: ut nos et sæpe alias, et adolescentes, contra L. Sullæ dominantis opes pro S. Roscio Amerino* fecimus: quæ, ut scis, exstat oratio.

CAP. XV. *Beneficentiæ ratio duplex, aut opera aut pecunia; quæ constat ex opera, honestior, et latius patet.*

SED expositis adolescentium officiis, quæ valeant ad gloriam adipiscendam, deinceps de beneficentia ac de liberalitate dicendum est. Cujus est ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilius est hæc posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior, ac splendidior, et viro forti clarioque dignior. Quamquam enim in utroquo inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur: largitioque, quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis.

At qui opera, id est virtute et industria, benefici et liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjutores habebunt. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt et tamquam exercitiores ad bene de multis promerendum. Præclare epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consecetur. “Quæ te, malum, (inquit),

* *Roscio Amerino.* Ameria is a town of Umbria, of which Roscius was probably a native. Cicero, in the 27th year of his age, defended Roscius against an accusation of parricide brought against him by a dependant of Sylla. The oration, though not in a perfect state, still exists.

ratio* in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et præbitorem sperent fore?" Bene "ministrum et præbitorem;" quia sordidum regi: melius etiam, quod largitionem corruptelam esse dixit. Fit enim deterior qui accipit, atque ad idem semper exspectandum paratior. Hoc ille filio: sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non dubium est, quin illa benignitas, quæ constat ex opera et industria, et honestior sit, et latius pateat, et possit prodesse pluribus.

Nonnunquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est: et sæpe idoneis hominibus de re familiari impartendum, sed diligenter atque moderate. Multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Quid autem est stultius, quam, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum benevolentiae comparandæ causa benefici esse velint, non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt.

Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda ut pateat omnibus; modus adhibeatur, isque referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, quod a nostris hominibus sæpissime usurpatum, jam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non

CHAPTER XV.

* *Malum ratio.* Quæ te mala ratio; quæ te malum rationis; and quot te malum rationis, are also found in some MSS. By those who prefer the present reading, among whom is Erasmus, *malum* is understood as an exclamation of indignation in the father. Valerius Maximus, vii. 2. 10, thus paraphrases the same passage in this letter: "Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses." Quæ, malum! est ista ratio. Philipp. x. 9. 18.

habere.* Etenim quis potest modus esse, cum et idem qui consuerunt, et idem illud alii desiderent ?†

CAP. XVI. *Alios esse prodigos, alios liberales: sum-tibus quærendam esse dignitatem.*

OMNINO duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, et viscerationibus,‡ et gladiatoriiis muneribus, ludorum venationumque§ apparatus, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino sint relicturi. Liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur in re vel quærenda, vel augenda.

Itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro quem de divitiis scripsit,|| in quo multa præclare: illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum: taliumque sumtum facultatem fructum¶ divitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cujus pauca exempla posui, multo et major videtur, et cer-

* *Fundum non habere.* “Adagium a dolio pertuso translatum, quod infusa aqua nunquam tamen repletur; ita nec populus largitionibus.” Erasm.

† *Cum et—desiderent.* For the first *idem*, *iidem* and *hi*, are found in some MSS. The present reading may be explained *cum idem et illi qui consueverunt [accipere] et alii desiderent.*

CHAPTER XVI.

‡ *Viscerationibus.* By *gifts of meat among the people.* We earn from Servius on *Æn.* i. 211, that anciently under the term *viscus*, the intestines alone of the animal slaughtered were not to be understood, sed quidquid sub corio est.

§ *Venationumque.* By this is meant the introduction of wild animals in the circus.

|| *Divitiis scripsit.* The treatise of Theophrastus, *περὶ πλοῦτον*, is also mentioned by Diogenes Laertius, v. 47, but has not reached posterity.

¶ *Fructum.* *Pecuniæ fructus* is also used in the 18th chapter, or the *benefits arising from wealth.*

tior. Quanto Aristoteles* gravius et verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam: at ii, qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogentur, hoc primo [auditu] incredibile nobis videri, omnesque mirari: sed, cum attenderint, veniam necessitati dare: in his immanibus jacturis, infinitisque sumtibus, nihil nos magno opere mirari; cum præsertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur; ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus; eaque a levissimo quoque: in quo tamen ipso una cum satietate, memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligit, hæc pueris, et mulierculis, et servis, et servorum simillimis liberis, esse grata: gravi vero homini, et ea, quæ fiunt, judicio certo ponderanti, probari posse nullo modo.

Quamquam intelligo, in nostra civitate inveterasse, et jam bonis temporibus, ut splendor ædilitatum† ab optimis viris postuletur. Itaque et P. Crassus,‡ cum cognomine dives, tum copiis, functus est ædilicio maximo munere, et paulo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo, Q. Mucio, § magnificentissima

* *Aristoteles.* In the numerous writings of Aristotle which have been preserved, no such passage has been discovered. Muretus and J. M. Heusinger suggest that Aristō, or Aristo Chius or Stoicus, may be the true reading. This Stoic philosopher has been before named, i. 2.

† *Ædilitatum.* Among the duties of these officers was the direction of the public games. In process of time, the custom was introduced of defraying the expense of these out of their own pockets: at subsequent elections, an interest was by this means created among the lower classes. This abuse became so great, that the popularity or unpopularity of a candidate for higher offices in a great degree depended on the profusion with which he had executed the office of edile: and many were ruined by the rivalry of expense in this frivolous object.

‡ *P. Crassus.* This was probably P. Licinius Crassus, consul A. U. C. 656; father of M. Crassus, the richest of the Romans. Lucius Crassus, next named, is the orator commended in the first book, c. xxx. and De Orat. c. liv.

§ *Q. Mucio.* Surnamed Scævola, has also been before alluded to in chap. xxxii. of the first book. "Loenum simul plurium pugnam Romæ princeps dedit Q. Scævola P. Filius, in curuli Ædilitate." Plin. viii. c. 16.

ædilitate functus est : deinde C. Claudius,* Appii filius : multi post, Luculli, Hortensius, Silanus.† Omnes autem P. Lentulus,‡ me consule, vicit superiores. Hunc est Scaurus§ imitatus. Magnificentissima vero nostri Pompeii|| munera, secundo consulatu : in quibus omnibus, quid mihi placeat vides.

CAP. XVII. *Largitionum rationem ad facultates accommodandam, et mediocritate moderandam esse.*

VITANDA tamen est suspicio avaritiæ Mamerco, homini divitissimo, præmissio ædilitatis consulatus repulsam attulit.¶ Quare et, si postulatur a populo, bonis viris si non desiderantibus, at tamen approbantibus, faciundum est, modo pro facultatibus, nos ipsi ut fecimus : et, si quando aliqua res major atque utilior populari largitione acquiritur : ut Oresti nuper prandia in semitis decumæ** nomine magno honori fuerunt. Ne

* C. Claudius. Surnamed Pulcher ; edile A. U. C. 655, who first introduced elephants into the circus. Valer. Max. ii. 4. 6. Plin. viii. 7.

† Silanus. D. Junius Silanus, successor to Cicero in the consulate.

‡ Lentulus. P. Cornelius Lentulus Spinther. Of his edileship, notice is also taken by Valerius Maximus, ii. 4. 6.

§ Scaurus. M. Æmilius Scaurus, named in the first book, c. 39.

|| Pompeii. His second consulate was A. U. C. 698 ; during which he dedicated the temple built at his own expense. Plutarch in Vita. Dio. Cassius, xxxix.

CHAPTER XVII.

¶ *Repulsam attulit.* The Mamerci were patricians, and a branch of the Æmilian family. The individual here alluded to is not now to be discovered. In order to save the expense of giving public games, it seems, he declined the edileship : giving offence to the people by this instance of economy, when a candidate for the consulate he was unsuccessful.

** *Oresti—decumæ.* Cn. Aufidius Orestes, consul A. U. C. 682, is probably the person here meant. Hercules, in his lifetime, was said to have promised good fortune to those who, after his deification, should make him oblations. To him, as well as to other divinities, many wealthy Romans made offerings of one-tenth of their fortunes, or incomes. In imitation of this practice, Orestes may possibly have dedicated one-tenth of his fortune to feasting the people. Scenicis ludis decumas datas. Sueton. in Calig. 26.

M. quidem Scio* vitio datum est, quod in caritate,† asse modium‡ populo dedit. Magna enim se, et inveterata invidia, nec turpi jactura, quando erat ædilis,§ nec maxima liberavit. Sed honori summo nuper nostro Miloni|| fuit, qui gladiatoribus emtis reipublicæ causa, quæ salute nostra continebatur, omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. Causa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut utile.

In his autem ipsis mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus, Q. F.¶ magno vir ingenio in primisque clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia quæ haberentur amplissima. Di-

* *Scio.* An opulent Roman knight, named also by Varro, lib. iii. cap. 2. 6, and 10. Plin. xv. 1.

† *Caritate.* In some MSS. *annonæ* is added; probably, a gloss from the margin: *during a dearth*, corresponds with our own idiom. The same ellipse appears in Verr. iii. 93, *Biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit.*

‡ *Asse modium.* The weight of the modius approximated to 25 Roman pounds, varying, of course, in some degree, according to the quality of the wheat. Four modii were delivered as a slave's allowance for a month: each modius, when converted into bread, was consequently sufficient for seven or eight days' provision for one man. Selling this quantity for an ass, was, therefore, a sale merely in name.

§ *Erat ædilis.* In one MS., at least, the words *quando erat ædilis* are wanting. Suspicions may be entertained that they have been transported, or removed from the margin into the text, where they mar the sense. There could be no reason for intimating that an act of liberality of this kind, in an edile, was not *turpis jactura*. Is it not more probable that *quando erat ædilis*, was meant to follow and apply to *inveterata invidia*? *By his economy in exercising that office, Scius incurred great unpopularity, which had long continued; but by this gratuitous, or nearly gratuitous, distribution of wheat, expending no great sum of money, in no dishonourable manner, he removed the odium against him.*

|| *Miloni.* Clodius having taken into pay a number of persons of indifferent character, for the purpose, it was said, of waylaying publicly, and murdering Cicero, Milo followed the example of Clodius, and purchased all the gladiators whom he could procure, in order to defend his friend. Such was the reverence to the laws, such the security of person, and such the state of society, in the renowned republic!

¶ *Philippus, Q. F.* Consul with Sextus Julius Cæsar, A. U. C. 662; censor, 667. His oratory has already been commended, i. 30.

cebat idem Cotta, Curio.* Nobis quoque licet in hoc quodam modo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno,† quod contigit eorum nemini quos modo nominavi, sane exiguus sumtus ædilitatis fuit.

Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus, omniaque, quæ ad usum rei publicæ pertinent. Quamquam, quod præsens tanquam in manum datur, jucundius est: tamen hæc in posterum gratiora. Theatra, porticus, nova templa, veracundius reprehendo, propter Pompeium:‡ sed doctissimi non probant, ut et hic ipse Panætius, quem musæus in his libris secutus sum, non interpretatus: et Phalereus Demetrius,§ qui Periclem, principem Græciæ, vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa¶ conjecerit. Sed de hoc genere toto in iis libris, quos de republica scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiosa est, temporibus necessaria; tamen ipsa et ad facultates accommodanda, et mediocritate moderanda est.

* *Cotta, Curio.* In the text of this passage, which varies much in different MSS., some inextricable error appears. The interpretation of the present reading adopted by J. F. Heusinger and other editors, is, that two persons are named, the one C. Scribonius Curio, consul A. U. C. 677, and the other, C. Cotta, consul A. U. C. 678. To the objection which had been taken to this interpretation by Grævius, that no conjunction appears between the names, it is replied, that in other instances the conjunction is omitted by Cicero between proper names; as Brut. c. 74, "Mitto C. Lælium, P. Scipionem."

† *Nostro quidem anno.* At the exact age when the laws admitted him to hold each office, Cicero was a successful candidate.

‡ *Pompeium.* In each of these objects, Pompey had expended exorbitant sums. Reverence to his memory withholds Cicero from uttering more than this gentle reprehension.

§ *Demetrius.* See I. 1, page 15.

¶ *Propylæa.* Through these, which were placed in front of the temple of Minerva, were formed the five entrances leading into the citadel of Athens. In this work, Pericles expended above 2000 talents. Plut. in Vita.

CAP. XVIII. *Quid sit in beneficentia observandum: quæ sit honestior liberalitas: recte laudari hospitalitatem.*

IN illo autem altero genere largiendi, quod a liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus.* Alia causa est ejus qui calamitate premitur, et ejus qui res meliores quærit,† nullis suis rebus adversis. Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In iis tamen, qui se adjuvari volent, non ut ne affigantur, sed ut altiorem gradum adscendant, restricti omnino esse nullo modo‡ debemus; sed in deligendis idoneis judicium et diligentiam adhibere. Nam præclare Ennius:

Benefacta male locata, malefacta arbitrator.

Quod autem tributum est bono viro et grato, in eum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. Temeritate enim remota,§ gratissima est liberalitas: eoque eam studiosius plerique laudant, quod summi cujusque bonitas commune perfrugium est omnium. Danda igitur opera est, ut iis beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur, ut iis ingratis|| esse non liceat. Omnes enim immemorem

CHAPTER XVIII.

* *Altero genere—debemus.* In the two preceding chapters, cautions against prodigality had been given. The present treats of liberality. *As the motives for the exercise of this virtue vary, on different occasions, it should appear in a different manner.*

† *Res meliores quærit.* Seeks to improve his condition.

‡ *Omnino esse nullo modo.* In many MSS. and early editions, *omnino* does not appear. Facciolati inserts in its place, *animo*. This J. F. Heusinger thinks more remote from the true reading than the present; that the error more probably arises from the taking into the text *nullo modo*, as a gloss to *omnino non debemus*; and that it is safer to leave the whole undisturbed.

§ *Temeritate enim remota.* When favours are conferred with discrimination.

|| *Ut iis ingratis.* "Docent illud grammatici, hoc genus sermonis trifariam efferri. Non licet esse ingratis. Non licet esse ingratos. Non licet esse ingrati. Primum elegantissimum est; postremum durissimum." Erasm.

beneficii oderunt; eamque injuriam in deterranda liberalitate sibi etiam fieri; eumque, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reipublicæ est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores: quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro,* in oratione Crassius scriptum copiose videmus. Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Hæc est gravium hominum atque magnorum: illa quasi assentatorum populi, multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium.

Conveniet autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum; in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus et confiniis æquum et facilem, multa multis de jure suo cedentem: a litibus vero, quantum liceat, et nescio an paullo plus etiam quam liceat, abhorrentem. Est enim non modo liberale, paulum non nunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem ratio est rei familiaris, quam quidem dilabi sinere, flagitiosum est: sed ita, ut illiberalitatis avaritiæque absit suspicio. Posse enim liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum is est pecuniæ fructus maximus. Recte etiam a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam reipublicæ est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam vehementer utile iis, qui

* *Ab ordine nostro.* Not by the assembly of augurs, which was denominated *collegium*, but by the senate, which was properly termed *senatorius ordo*.

† *Crassi.* L. Crassus: recently named in the 16th chapter.

‡ *Hanc ergo.* In citing this passage, Lactantius reads, not *ergo*, but *ego*; which, indeed, is likely to be the true reading. Drakenborch, in his valuable edition of Livy, xxxvii. 53. 11, notices this error as frequently committed by transcribers.

§ *Domus.* The ancient form of this noun, derived from *δέμω*, was of the fourth declension. *Sive domûs sit*—Emptor—Hor. Sat. ii. 6. 108.

honeste posse multum volunt,* per hospites apud externos populos valere opibus et gratia. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam† in suos curiales Laciadas‡ hospitem fuisse. Ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset.

CAP. XIX. *Quænam officia sint observanda illi qui operâ beneficia daturus est.*

QUÆ autem opera, non largitione, beneficia dantur, hæc tum in universam rempublicam, tum in singulos cives conferuntur. Nam in jure cavere,§ consilio juvare, atque hoc scientiæ genere prodesse quam plurimis, vehementer et ad opes augendas pertinet, et ad gratiam. Itaque cum multa præclara majorum, tum quod optime constituti juris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiæ splendor deletus est: idque eo indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum is esset,|| qui omnes superiores, quibus honore par esset,

* *Honeste posse multum volunt. Who seek to obtain power by honourable means.*

† *Athenis etiam.* Though the MSS. appear uniform in this reading, the Heusingers would alter to *Atheniensem*. This appears unnecessary. Cicero had recommended the practice of hospitality to foreigners: he proceeds to observe that Cimon, at Athens, exercised that virtue even towards his country neighbours.

‡ *Laciadas.* Δακία was a village or hamlet in Attica, from which one of the δῆμοι, or subdivisions of its territory, received its appellation. Of these there were 174, comprised in 12 φυλαί. In the tenth of these, τῆ φυλῆ Οἰνητῶν, was the Δακία Δῆμος.

CHAPTER XIX.

§ *In jure cavere: to conduct the defence of a law-suit.* Jurisconsulti aliis cavent, cum suis clientibus ea respondent, quibus damnum aliquod futurum amoliri possint. Facciolati.

|| *Cum is esset.* Servius Sulpicius Rufus, consul A. U. C. 702; an eminent jurisconsult, is supposed to be the person here meant. A. Gellius (lib. ii. c. 10) speaks of his merit.

scientia facile vicisset. Hæc igitur opera, grata multis, et ad beneficiis obstringendos homines accommodata.

Atque huic arti finitima est dicendi gravior facultas, [et gratior] et ornatio. Quid enim eloquentia præstabilis, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic ergo a majoribus nostris est, in toga, dignitatis principatus datus. Diserti igitur hominis, et facile* laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas, et non gravate, et gratuito defendentis,† beneficia et patrocinia late patent.

Admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitum, deplorarem: ni vereretur, ne de me ipso aliquid videretur queri. Sed tamen videmus, quibus extinctis oratoribus, quam in paucis spes, quanto in paucioribus facultas, quam in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint, ne multi quidem, aut juris periti esse, aut dicerti; licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem‡ iudicibus§ et magistratibus, vigilantem pro

* *Facile. Willingly.* As in Ep. ii. 16. 6, "Quod autem in maritimis facillime sum." *Facile laborantis, φιλοπόνου, of an industrious man.*

† *Gratis defendentis.* To aid this disinterestedness, the Cincian law, A. U. C. 550, directly inhibits: ne quis, ob causam orandum, pecuniam donumve accipiat. Tacit. Annal. xi. 5. The patrii mores, and the Cincian law, each, it seems, failing in effect, during the rule of Augustus, a penalty of fourfold the fee received for pleading, was imposed on the receiver. Dion. liv. 533. The policy of such regulations is as questionable as their justice. Every litigation of importance must have become a party question, a trial of strength between great men. Though the client paid not in money, he did by blindly engaging his support and his suffrage to his patron, on all occasions. In order to avoid the appearance of corruption, the Roman institutions necessitated and sanctified corruption, of a nature the most general and most dangerous in a free state.

‡ *Petentem, commendantem.* The verb *licet* has been before used with an accusative. *Hæc præscripta servantem licet magnifice—vivere*, i. 26, but in the last chapter, with another case—*his ingratis esse non liceat.*

§ *Judicibus.* Thus it appears that the practice of *soliciting* the judges on the part of litigants—a practice incompatible with justice, or even with its appearance—was not only established at Rome, but that it meets with no disapprobation from Cicero himself.

re alterius, eos ipsos, qui aut consuluntur aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur, latissimeque eorum manat* industria.

Jam illud non sunt admonendi (est enim in promptu), ut animum advertant, cum juvare alios velint, ne quos offendant. Sæpe enim aut eos lædent quos non debent, aut eos quos non expedit. Si imprudentes, negligentiae est: si scientes, temeritatis. Utendum etiam est excusatione adversus† eos quos invitatus offendas, quacumque possis;‡ quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: ceterisque operis et officiis erit id, quod violatum est, compensandum.

CAP. XX. *In hominibus juvandis gratiam captari: beatos beneficio obligari nolle.*

SED cum in hominibus juvandis aut mores spectari, aut fortuna soleat: dictu quidem est proclive,§ itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi. Honesta oratio est: sed quis est tandem, qui inopis et optimi viri causæ non anteponat, in opera danda, gratiam fortunati et potentis? A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. Sed animadvertendum est diligentius, quæ natura rerum sit: nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest. Commode autem quicumque dixit,|| pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit, non

Latissimeque—manat. Meets very general commendation.

† *Adversus. Erga.* Vide l. i. c. 11, note.

‡ *Possis.* In one MS. *possit*; with the ellipse of *feri*: this meets J. F. Heusinger's approbation, and is by Gernhard elevated into the text. In the next chapter. *Danda opera est omnino si possit.*

CHAPTER XX.

§ *Dictu quidem est proclive*: this is indeed easy to say.

|| *Dixit.* Who was the author of this proverbial expression is not known: on two other occasions Cicero refers to it. Pro Planc. c. 28. Ep. post reit. ad Q. c. 9. It is interpreted, A. Gell. l. 4. The verb *habere* is taken in a double sense, as applied to *pecunia*, and to *gratia*. *Pecuniam qui habet ab aliquo mutuam,*

habere ; gratiam autem et qui retulerit, habere : et qui habeat, retulisse.

At, qui se locupletes honoratos, beatos putant, ii ne obligari quidem beneficio volunt. Quin etiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint : atque etiam a se aut postulari aut exspectari aliquid suspicantur : patrocínio vero se usos et clientes appellari, mortis instar putant. At vero ille tenuis, cum, quidquid factum sit, se spectatum, non fortunam putat, non modo illi, qui est meritus,* sed etiam illis a quibus exspectat (eget enim multis) gratum se videri studet : neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Videndumque illud est, quod si opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis ejus manet gratia : sin autem inopem, probum tamen et modestum, omnes non improbi humiles (quæ magna in populo multitudo est) præsidium sibi paratum vident. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto.

Danda omnino opera est, ut omni generi satisfacere possimus. Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles† est aucta adhibendus ; qui cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret : “ Ego vero,” inquit, malo virum qui pecunia egeat, quam pecuniam quæ viro.” Sed corrupti mores depravatique sunt admira-

non reddit eam quamdiu habet : cum vero reddit, eam habere desinit. Gratiam autem et is qui retulit, habet (dum gratum animum retinet) et qui habet (grato in bene meritos animo est) eam retulit, et quodam modo exsovit.

* *Qui est meritus : who conferred the obligation.*

† *Themistocles.* Valerius Maximus, lib. vii. c. 2, states that the opinion of Themistocles was asked by the father of an only daughter, whether to give her in marriage to a man of merit without fortune, or to a wealthy suitor, but with no other recommendation. I should recommend, says Themistocles, rather the man without money, than the money without the man. Plutarch, in his life of Themistocles, relates a similar story, but applies it to the daughter of Themistocles himself. Cicero evidently is guided by Valerius Maximus.

tionem divitiarum: quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet? Illum fortasse adjuvat qui habet: ne id quidem semper: sed fac juvare; utentior* sane sit; honestior vero quo modo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediunt divitiæ, quo minus juvetur, modo ne adjuvent: † sitque omne iudicium non quam locuples, sed qualis quisque sit. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda est, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro injuria. Fundamentum enim perpetuæ commendationis et famæ est justitia, sine qua nihil potest esse laudabile.

CAP. XXI. *Videndum est ei qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat: ne tributum sit conferendum; ut rerum necessariarum sit copia.*

SED quoniam de eo genere beneficiorum dictum est quæ ad singulos spectant, deinceps de iis quæ ad universos, quæque ad rempublicam pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant, quæ sunt etiam gratiora. Danda opera est omnino, si possit, utrisque, nec minus, ut etiam singulis consulatur: sed ita, ut ea res aut prosit, aut certe ne obsit reipublicæ. C. Gracchi* frumentaria magna lar-

* *Utentior*. This is a very doubtful reading, and the acceptation in which the word, if genuine, is to be taken, by no means clear. The explanations given by commentators, are *qui plus impendit in cultum vitæ; qui pluribus utitur ad vitam tuendam; qui majores sumtus in se tuendum facit*. In a few MSS. *opulentior*; in many, *potentior*, is found. The last reading is preferred by Facciolati and Pearce; the present, as being found in MSS. deemed of the best authority, by Ernesti, J. F. Heusinger, and Gernhard. *Ceteræ res—opportunæ sunt:—divitiæ ut utare*. Læl. vi.

† *Modo ne adjuvent*. As *modo ut* is employed for *dummodo*, so *modo ne* is found in the sense of *dummodo non*. Acad. Q. iv. 43, "Modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat." Læl. 17, "Modo ne summa turpitudine sequatur." If he be a man of worth, let not his wealth be a motive for not aiding him, *provided that it be not the motive for doing it*.

CHAPTER XXI.

‡ *C. Gracch.* By the Sempronian law, proposed by C. Gracchus, A. U. C. 630, corn was directed to be purchased at the public

gitio; exhauriebat igitur ærarium: modica M. Octavii, et reipublicæ tolerabilis, et plebi necessaria. Ergo et civibus, et reipublicæ salutaris.

In primis autem videndum erit ei, qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice diminutio fiat.* Perniciose enim Philippus† in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, et in eo vehementer se moderatum præbuit: sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo milia‡ hominum qui rem haberent. Capitalis oratio, et ad æquationem bonorum pertinens: qua peste quæ potest esse major? Hanc enim ob causam maxime, ut sua tenerent, respublicæ civitatesque constitutæ sunt. Nam etsi duce natura congregantur

charge, and distributed at reduced rates among the poorer citizens: his colleague in the tribunate, M. Octavius, opposed this law, and succeeded in fixing a higher price, at which the corn was to be distributed.

* *Neque—diminutio fiat*: that the property of individuals should not be invaded, under public authority.

† *Philippus*. L. Morsius Philippus, tribune of the people, A. U. C. 649, named before c. 17.

‡ *Duo milia*. On this passage, the only question which occurs to the Heusingers, is to examine, whether *mille*, in its plural form, should be written with one l, or with two. From the inspection of ancient monuments, as well as MSS., J. F. Heusinger decides that the ancient and correct form is with one l, *milia*. But the extraordinary assertion in the text should awaken reflections of a much more important nature. Could it be publicly asserted that, at this advanced era of the republic, there were but two thousand citizens who were in a state of independence? The *truth* of this assertion is by no means controverted: Cicero contents himself with imputing unworthy motives to its author, and drawing from it an inference which does not necessarily follow. Other remedies might be suggested besides a fresh distribution of the capital of the country among its citizens: slight reflection might, indeed, convince any one, that this fancied remedy would be transitory in its effects, and perfectly ineffectual. Rather should it have occurred, that the trade of war is, and ever must be, destructive to the greater number even of those who follow it successfully, gainful but to a few; that by the cultivation of the arts of peace, by the security of property, and the introduction of new habits of life among their citizens, capital might be created, and happiness brought to their firesides, at the same time that the strength and revenues of the state would be augmented.

nomines, tamen spe custodiae rerum suarum urbium praesidia quaerebant.

Danda etiam opera est, ne, quod apud majores nostros saepe fiebat, propter aerarii tenuitatem assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum: idque ne eveniat, multo ante erit providendum. Sin quaе necessitas hujus muneris* alicui reipublicae obvenerit (malo enim, quam nostrae ominari: † neque tantum de nostra sed de omni republica disputo) danda erit opera, u omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum. Atque etiam omnes, qui rempublicam gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia fit quaе sunt necessariae; quarum qualis comparatio fieri soleat et debeat, non est necesse disputare. Est enim in promptu: tantum locus attingendus fuit.

Caput autem est ‡ in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritiae pellatur etiam minima suspicio. “Utinam,” inquit C. Pontius § Samnis,

* *Muneris*. This noun, in its opposite senses of an *imposition* and a *gift*; a *reward* and a *punishment*, may possibly be derived, as has been thought, from *Μεῖρω* to *divide*, or *distribute*; as *plenus* from *πλήρης* *donum* from *Δῶρον*. The connexion of the *v*, and *p*, is pointed out in Valpy’s Greek Grammar, 5th ed. p. 190. *Munus*, in this sense, may mean *the burden divided among the citizens*; that *to which each is bound to contribute*. The expression of horror on naming taxation, that sound of ill omen; and the solemn caution to submit with resignation to the evil in the extreme cases when its occurrence becomes inevitable, appear, in our day and in our country, rather ludicrous. By the term *tributum*, is not, however, meant customs or taxes in general; but a poll-tax, or a property-tax, to which, in addition to the ordinary sources of revenue, the citizens were, on great emergencies, called on to contribute.

† *Ominari*. In this parenthesis an ellipse appears of some word or words: different transcribers, thinking that the text must be incorrect, have introduced after *enim*; *alicui*, *alii*, or *alteri*; and the latter reading has been generally adopted by the early editors. The sense required, as J. F. Heusinger remarks, *Malo enim ita dicere quam dicere nostrae Reipublicae obvenerit*. But as this might be deemed an expression of ill omen, Cicero may have preferred passing it over briefly, as in the text.

‡ *Caput autem est*. *It is the essential point*. As in Læl. c. 13, “Caput esse ad beate vivendum, securitatem.”

§ *C. Pontius*. This Samnite general, who, in effect, made prisoners the Roman consuls and their army at the Caudine Pass, and dismissed them, after passing under the yoke, was, on their breach

“ ad illa tempora me fortuna reservasset, et tum essem natus, si quando Romani dona accipere cœpissent ! non essem passus diutius eos imperare.” Næ illi multa sæcula exspectanda fuerunt:* modo enim hoc malum in hanc rempublicam invasit. Itaque facile patior, tum potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit.† Nondum centum et decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata est, lex‡ nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, et proximæ quæque duriores : tot rei, tot damnati, tantum Italicum§ bellum propter judiciorum metum excitatum : tanta, sublatis legibus et judiciis, expilatio direptioque sociorum, ut imbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus.

of the treaty and the renewal of the war, himself made prisoner by the Romans, and beheaded. T. Liv. lib. ix. and Epitome xi. Val. Max. iv. 3. It would seem much more probable to have been a subject of regret to the dying Pontius, that his own forbearance, contrary to his father's advice, towards such an enemy, had given them another opportunity of showing their inhumanity and their perfidy.

* *Exspectanda fuerunt.* This sentence is in some MSS. put negatively; *nec illis*, and *nec illi*; probably by transcribers who considered the assertion, if affirmative, and meant to express a century, as not historically true. Pontius was put to death by the Romans, A. U. C. 462. The interval between that time and the year when Cicero composed the present work, was 237 years. The first law against bribery, he says, was passed about 110 years previously. The interval therefore between the formation of the wish and its accomplishment, could not have much exceeded 120 years. The word *seculum* may possibly be derived from *sequor*; quasi *sequiculum*; an indefinite tract of time; and may have originally been employed to express, not a century, but a generation of man; a space of thirty or forty years.

† *Tantum fuit : roboris*, is here subjoined by some editors, originating probably from transcription of a gloss into the text from the margin. A sentence similar in construction to the present occurs, Ep. ad Divers. ii. 8, *In eo mihi sunt omnia.* And Curt. vii. 7, *Quantum in uno te sit, scio.*

‡ *Lex* : passed A. U. C. 604, and named the Calpurnian law, from its proposer, L. Calpurnius Piso. Its object was to compel the refunding of moneys unduly received by any provincial magistrate.

§ *Italicum.* Also called the social war. It originated, Cicero intimates, in the selfish policy of some leading individuals, who, by involving their country in domestic war, endeavoured to evade the punishment inflicted on the crimes of corruption and extortion.

CAP. XXII. *Abstinentiæ exempla: rempublicam quæstui habere turpe et nefarium esse: civium bona adimendo, labefactari fundamenta reipublicæ.*

LAUDAT Africanum Panætius,* quod fuerit abstinens. Quid ni laudet? sed in illo alia majora. Laus abstinentiæ, non hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus: tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum:† at hic nihil domum suam præter memoriam nominis sempiternam detulit. Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior Carthagine eversa. Quid? qui ejus collega fuit in censura, L. Mummius, numquid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quamquam Italia ornata,‡ domus ipsa mihi videtur ornator.

Nullum igitur vitium tætrius [est] (ut eo, unde digressa

CHAPTER XXII.

* *Panætius.* He accompanied, as a friend, Scipio Africanus the younger, in several campaigns. The latter receives from Paterculus this high encomium: *qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit.*

† *Imperatoris—tributorum.* L. Æmilius Paullus was father of the younger Scipio named in the last note, adopted into the Scipio family. In the father's conduct, as Cicero afterwards observes, the son found the model of disinterestedness which he followed. The Romans enjoyed this exemption from taxation for about 125 years, from the time of their plunder of Macedonia under Æmilius Paulus, until the consulate of Hirtius and Pansa, in the year next following that in which the present work was composed. Plut. in Æmilio Paullo. Vell. Paterc. i. 9.

‡ *Italia ornata.* In the revolutions of the wheel of fortune, the country, thus "adorned," has herself been the victim of plunderers of the same stamp: and her booty has been removed in a manner equally unjust and merciless. It is but candid, however, to observe, that the crimes committed by the Romans, when victorious, have not been equalled by those of their modern imitators. No indiscriminate slaughter; no flourishing cities reduced to ashes by the conqueror; but, above all, nothing that can bear a parallel with the atrocious practice of reducing to slavery the whole population of a country, and selling them by thousands, like cattle, in the market.

est, referat se oratio) quam avaritia,* præsertim in principibus rempublicam gubernantibus. Habere enim quæstui rempublicam non modo turpe est, sed sceleratam etiam et nefarium. Itaque quod Apollo Pythius oraculo† edidit, Spartam nulla re nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed etiam omnibus opulentis populis, prædixisse. Nulla autem re conciliare facilius benevolentiam multitudinibus possumus, qui reipublicæ præsent, quam abstinentia et continentia.‡

Qui vero populares se esse volunt, ob eamque causam aut agrariam rem tentant, ut possessores suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, ii labefactant fundamenta reipublicæ; concordiam primum, quæ esse non potest, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ: deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Id enim est proprium (ut supra dixi) civitatis atque urbis, ut sit libera et non sollicita suæ rei cujusque custodia.

Atque in hac pernicie reipublicæ ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam. Nam cui res erepta est, est inimicus; cui data, etiam dissimulat se accipere voluisse; et maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse solvendo. At vero ille, qui accipit injuriam, et meminit, et præ se fert dolorem suum; nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus injuste ademptum est, ideo plus etiam valent. Non enim numero hæc ju-

* *Avaritia*. Not in the modern sense of the word avarice, which comprehends the desire to hoard, as well as to acquire; but rather, the latter passion exclusively, the sordid love of money.

† *Oraculo*: this response was given when Alcamenes and Theopompus were kings of Sparta. Plut. in Instit. Lacon. 'Αφιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ.

‡ *Abstinentia et continentia*. These virtues are placed in contrast with *avaritia*: *abstinentia* applies to those things which are external; particularly other men's property: *continentia*, to our own appetites. Dumesnil's Synon. 11.

dicantur, sed pondere.* Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam seculis, ante possessum, qui nullum habuit, habeat; qui autem habuit, amittat?

CAP. XXIII. *Arati laus: injustitiam rerum esse publicarum perniciem.*

Ac propter hoc injuriæ genus, Lacedæmonii Lysandrum† ephorum expulerunt; Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt. Exque eo tempore tantæ discordiæ secuti sunt, ut et tyranni existerent, et optimates exterminarentur,‡ et præclarissime constituta respublica dilaberetur. Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum, quæ a Lacedæmoniis profectæ manarunt latius. Quid? nostros Gracchos, Ti. Gracchi, summi viri, filios, Africani nepotes,§ nonne agrariæ contentiones perdiderunt?

At vero Aratus|| Sicyonius jure laudatur, qui, cum ejus civitas quinquaginta unnos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe

* *Numero—pondere.* Under these circumstances, it is not the number alone of those who are satisfied or dissatisfied, which ought to be counted: but a judgment must be formed after well weighing the causes of that satisfaction or dissatisfaction.

CHAPTER XXIII.

† *Lysandrum.* This is not the son of Aristoclitus, the Lysander, whose life Corn. Nepos and Plutarch have given, and who was not one of the Ephori. The Spartan named in the text, was posterior by nearly a century. Plutarch speaks of him in the Life of Agis, king of Sparta, also named in this sentence. Their crime seems to have consisted in the attempt to restore the spirit of the institutions of Lycurgus.

‡ *Exterminarentur.* This verb is not to be interpreted in the sense which common use, in modern languages, has given to its derivative. It retains simply the meaning of the words of which it is compounded: *extra terminos pellere; to banish.*

§ *Nepotes.* Cornelia, the wife of Tib. Gracchus, mother of C. and Tib. Gracchus, was daughter of the elder Scipio Africanus.

|| *Aratus.* Abantides, one of the tyrants of Sicyon, having killed Clinius, the father of Aratus, the latter was received at Argos, and brought up by the friends of his family Plut. in Vita.

est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem improvise oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos, quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, et quinquaginta annorum possessiones moveri* non nimis æquum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur sine injuria, judicavit, neque illis, adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere.

Cum igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci [velle] dixit, remque integram ad reditum suum jussit esse: isque celeriter ad Ptolemæum,† suum hospitem, venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuisset,‡ a rege opulento vir summus facile impetravit ut grandi pecunia§ adjuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit et eorum qui aliena tenebant, et eorum qui sua amiserant; perfecitque æstimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent; aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes, concordia constituta, sine querela, discederent.

O virum magnum, dignumque qui in nostra republica natus esset! Sic par est agere cum civibus, non (ut bis jam vidimus||) hastam in foro ponere, et bona civium

* *Moveri*: al. *removere*: the present reading is adopted by Ernesti, the Heusingers, and Gernhard, on the faith of Crævius, who found it in one MS.—all others, and early editions, *movere*.

† *Ptolemæum*: Philadelphus; the second of that dynasty.

‡ *Causamque docuisset*. *Had explained to him the circumstances.*

§ *Grandi pecunia*: one hundred and fifty talents.

|| *Bis jam vidimus*. Under the dictatorship of Sylla, and of

voci subijcere præconis. At ille Græcus, id quod fuit sapientis et præstantis viri, omnibus consulendum putavit. Eaque est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem continere. Habitent gratis in alieno? * Quid ita? Ut, cum ego emerim, ædificarim, tuear, impendam, tu, me invito, fruare meo? Quid est aliud, aliis sua eripere, aliis dare aliena? Tabulæ vero novæ† quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum: eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?

CAP. XXIV. *Cavendum esse ne sit æs alienum. De valetudinis curatione, et pecuniæ.*

QUAMOBREM ne sit æs alienum, quod reipublicæ noceat, providendum est; quod multis rationibus caveri potest: non, si fuerit,‡ ut locupletes suum perdant,

Cæsar. In the little state of Sicyon, all the blessings for which his country was indebted to the prudence of Aratus, were produced by his skilful application of 150 talents. But where could the mass of wealth have been discovered, sufficient to redress by its application in a similar mode, the evils produced by the enormous confiscations in the Roman state?

* *Habitent—alieno.* Some MSS give *habitant*; one *habilet*; Toup suggests *habiles*; which seems not improbable. Heuman, in his *Parerga Crit.* p. 26, thinks a sentence must have been here lost, in which allusion had been made to the *Ægrarian laws*. The transition is, at present, certainly abrupt, but the sense is not incomplete.

† *Tabulæ novæ.* By which all debts and securities were cancelled, or reduced in a certain proportion, by public authority. The effect of such sweeping insolvent acts must have been most pernicious, both on the morals and the fortunes of the citizens of Rome.

CHAPTER XXIV.

‡ *Non si fuerit.* The text is here perhaps defective. In different MSS. besides the present reading, we find, *Si non hoc fuerit; si non fuerit*; and *si hoc non fuerit*. The interpretation also differs: some refer the verb substantive to *ratio*, as its nominative; others, to *æs alienum*. J. M. Heusinger thus interprets, *Æs alienum multis rationibus caveri potest, si non fuerit ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum*. J. F. Heusinger, *non autem caveri potest ne sit æs alienum quod reipublicæ noceat, si ita ratio ineatur, ut locupletes suum perdant, &c.* Cicero's meaning probably is to warn the legislator, in case of the existence of numerous debts in a state, that his first duty is to protect the property

debitores lucrentur alienam. Nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides : quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Nunquam vehementius actum est, quam me consule, ne solveretur. Armis et castris* tentata res est ab omni genere hominum et ordine : quibus ita restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur. Nunquam nec majus æs alienum fuit ; nec melius nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, solvendi necessitas consecuta est. At vero hic nunc victor, tum, quidem victus, quæ cogitarat, ea perfecit, cum ejus jam nihil interesset.† Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare, etiam si causa non esset.‡

Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt ii qui rempublicam tuebuntur ; in primisque operam dabunt, ut juris et judiciorum æquitate suum quisque teneat : et neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur, neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda, § obsit invidia : præ-

of the lender, and that the borrower should not be allowed to enrich himself by his own fraud. This interpretation appears the more probable, as it is indeed difficult for the wisest legislator to suggest means which can at all times prevent the thoughtless, the extravagant, or the unfortunate, from incurring debts, and to a considerable extent. In the event of a large mass of debt existing, experience had shown the impolicy of wiping off these debts, in whole or in part, by the practice of *tabulæ novæ*. If this interpretation be correct, the negative (of which the position varies remarkably in different MSS.) should perhaps be removed from before *fuerit*, and the following *ut* be read *ne* ; or, *si fuerit* be read parenthetically, the text remaining as at present.

* *Armis et castris*, a proverbial expression : *by every means*.

† *Victus—interesset*. Cæsar's connexion with Cataline is here alluded to. By the wealth amassed in Gaul, and his subsequent success in the civil war, it is true that Cæsar's personal embarrassments might be at an end ; but still, to his adherents, the measure of *tabulæ novæ* was probably indispensable. A. U. C. 704, the existing debts were reduced one-fourth : his reasons for resorting to this measure are stated, De Bell. Civ. iii. 1.

‡ *Esset*. This invidious remark, that Cæsar's sole motive of action was the love of mischief for its own sake, should be contrasted with the extravagant adulation incessantly poured on him when in possession of power, by Cicero himself.

§ — *recuperanda*. If the laws of a country shield the property

terea quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt, rempublicam augeant imperio, agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominum sunt: hæc apud majores nostros factitata: hæc genera officiorum qui persequuntur, cum summa utilitate reipublicæ magnam ipsi adipiscentur et gratiam et gloriam.

In his autem utilitatum præceptis Antipater Tyrius,* Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus, duo præterita censet esse a Panætio, valetudinis curationem, et pecuniæ. Quas res a summo philosopho præteritas arbitror, quod essent faciles: sunt certe utiles.† Sed‡ valetudo sustentatur notitia sui corporis; et observatione, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse; et continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa: et prætermittendis voluptatibus; postremo arte eorum quorum ad scientiam hæc pertinent.

Res autem familiaris quæri debet iis rebus a quibus abest turpitude: conservari autem diligentia et parsimonia: iisdem etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui *Œconomicus* inscribitur: quem nos, ista fere ætate cum essemus qua es tu nunc, [e Græco] in Latinum convertimus.

of a dishonest debtor, they undoubtedly work great mischief. But where the insolvent really is unable to pay debts contracted without fraud, and is willing to surrender his whole remaining property to his creditors, it becomes equally unjust to punish with bondage, with stripes, or with long-enduring imprisonment, this unfortunate person. In Rome during the republic, both these errors were committed. The difficulties of forming a permanent arrangement between creditors and insolvents, by a *cessio bonorum*, must however be admitted to be considerable.

* *Tyrius*. He is also named Sidonius. Cato of Utica was his friend. Plut. in Vita.—Cicero elsewhere alludes to him as a poet. De Orat. xxx.

† *Sunt certe utiles*. These three words, Heuman considers as interpolated; J. M. Heusinger assents. This is by no means evident. Health and wealth the Stoics reckon not among bona, but among the *commoda vitæ*. Panætius passes over these topics; as Cicero thinks, on account of their facility, certainly not on account of their unimportance.

‡ *Sed*. This conjunction is introduced, as prefatory to a few remarks on the topics omitted by Panætius. J. M. Heus.

CAP. XXV. *De comparatione bonorum corporis cum externis.*

SED utilitatum comparatio (quoniam hic locus erat quartus, a Panætio prætermisus)* sæpe est necessaria. Nam et corporis commoda cum externis, et externa cum corporis, et ipsa inter se corporis, et externa cum externis comparari solent. Cum externis, corporis, hoc modo comparantur: valere ut malis, quam dives esse. Cum corporis, externa hoc modo: dives esse potius,† quam maximis corporis viribus. Ipsa inter se corporis sic, ut bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorem autem, ut gloria, divitiis, vectigalia urbana,‡ rusticis.

Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: a quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? Respondit, "Bene pascere." "Quid secundum?" "Satis bene pascere." "Quid tertium?"

CHAPTER XXV.

* *Prætermisus.* Of four questions proposed; I. honestumne an non; II. Utile an non; III. Ex duobus honestis, utrum honestius; IV. Ex duobus utilibus, utrum utilius; it is to be understood that Panætius had not treated the last.

† — *potius: ut velis*, is to be understood. J. M. Heus.

‡ *Vectigalia urbana.* The motives of preference of houses in towns, to farms, as a permanent investment of property, may have been principally the nonexistence of the class of men called farmers, possessing adequate capital and agricultural skill, which they were disposed to employ in cultivating the lands of others on payment of a yearly rent; and also the want of day-labourers for hire. Landed proprietors, in the Roman territory, either tilled their own estates by means of slaves, as is now the case in Russia, and in our own sugar colonies, or sometimes let their land with the stock, to persons without capital, on condition of receiving a portion of the profit. In France, this was, till lately, and perhaps still is practised: farmers of this description are called *métayers*, from their rendering half the produce. The younger Pliny even preferred this mode: "Non nummo sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos operis exactores fructibus ponam." A comparison of the precarious returns made to landlords, by undertakings and engagements of this nature, with the steady rents paid by the occupiers of houses in towns, may have led to the preference stated in the text. A total alteration of circumstances, at the present day, leads to a different conclusion.

“Male pascere.” “Quid quartum?” “Arare.”*
 Et, cum ille, qui quæsierat, dixisset, “Quid fenerari?”
 Tum Cato, “Quid hominem, [inquit] occidere?”† Ex
 quo, et multis aliis, intelligi debet, utilitatum compara-
 tiones fieri solere, recteque hoc adjunctum esse quartum
 exquirendorum officiorum genus.

Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda
 pecunia, etiam de utenda, commodius a quibusdam op-
 timis viris ad Janum medium‡ sedentibus, quam ab ullis
 philosophis, ulla in schola, disputatur. Sunt tamen ea
 cognoscenda: pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc
 libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.

* *Arare.* In the latter days of the Roman republic, tillage must
 certainly have been an unprofitable application of capital. In order
 to gratify the lower orders, a heavy tribute in grain was exacted
 from the corn-bearing provinces, conveyed to Rome, and distributed
 gratis, or at a price merely nominal, among the indigent citizens:
 the Italian farmer must thus have been deprived, not merely of
 profit, but almost of any market; and was compelled to devote his
 land, nearly exclusively, to pasture.

† *Occidere.* This sweeping condemnation of usury, as it is called,
 should rather have been directed against those Roman laws which
 permitted it, and conferred rights impolitic, unjust, and barbarous,
 on the creditor. If the comparison with a murderer were just, how
 criminal were they who gave to the creditor this power, or permit-
 ted him to retain it! Instead of inveighing against the crime,
 effectual laws should have been devised to prevent its commission.

‡ *Janum medium.* In this street, also alluded to by Horace,
 (Ep. i. 1. Sat. ii. 3. 18,) were the stands of the money-changers and
 lenders. *Optimis viris*, Cicero applies ironically; as, pro Rosc. c. 8
 and 36, optimum virum, to a man of bad character, T. Roscius.

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Hic liber de comparatione honestatis et utilitatis agit, quæ erat tertia disputationis pars. Negat Cicero aut dubitandum esse aut unquam dubitari, an id quod utile videatur, honesto sit anteponendum; sed tempora incidere, quibus quod turpe haberi soleat, honestum videatur: tanquam quod turpe sit occidere aliquem, si tyrannus occidatur, non modo non turpe, sed etiam gloriosum videri, in quo non antepōnitur utile honesto, sed honestas utilitatem sequitur. Itaque ut sine ullo errore dijudicari possit, si quando cum illo quod honestum intelligitur, pugnare id videbitur quod appellamus utile, formulam quandam constituit, e Stoicorum disciplina, quam si quis in comparatione rerum sequatur, nunquam ab officio recedat. Ea hæc est, detrahere aliquid alteri, et alterius incommodo suum augere commodum, est contra naturam: pro multorum autem incolumitate et salute labores et molestias suscipere, secundum naturam est. Hanc legem qui servaverit, nunquam aberrabit neque aut temporibus perturbabitur, aut jure civili, quo quæ conceduntur turpia quidem plerisque non videntur, sed sunt tamen sæpissime, quum formulæ constitutæ h. e. legi naturæ, repugnant. Et hac formula deinde multas quæstiones propositas, quibus officium ex temporibus exquiritur, explicat.

CAP. I. *De otio Scipionis: non idem esse Ciceronis otium.*

PUBLIUM Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus sit, dicere solitum scripsit Cato,

qui fuit fere ejus æqualis,* “ Nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nec minus solum, quam cum solus esset.” Magnifica vero vox, et magno viro ac sapiente digna: quæ declarat, illum et in otio de negotiis cogitare, et in solitudine secum loqui solitum; ut neque cessaret unquam, et interdum colloquio alterius non egeret. Ita duæ res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo. Vellem nobis hoc idem dicere liceret: sed si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. Nam et a republica forensibusque negotiis armis impiis† vique prohibiti, otium persequimur: et ob eam causam, urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.

Sed nec hoc otium cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens a reipublicæ pulcherrimis muneribus otium sibi sumebat aliquando, et a cœtu hominum frequentiaque interdum, tamquam in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem otium negotii inopia, non requiescendi studio, constitutum est. Exstincto enim senatu, deletisque judiciis,‡ quid est quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere possimus?

Ita qui in maxima celebritate atque in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et sæpe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere; sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid in-

CHAPTER I.

* *Æqualis*. Cato the censor was some years younger than the first Scipio Africanus: when the latter was proconsul in Africa, Cato was his quæstor.

† *Armis impiis*. At this time, M. Antony, when he attended the senate, was accompanied by a guard of armed men. Phil. ii. and v.

‡ *Deletisque judiciis*: the administration of justice having ceased. Brutus and Cassius, the prætors, had been obliged to leave Rome

esset boni; propterea et otio fruor, non illo quidem, quo debeat is qui quondam peperisset otium civitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi adfert necessitas, non voluntas.

Quamquam Africanus majorem laudem meo iudicio assequeretur. Nulla enim ejus ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum quas cogitando consequeretur, neque otiosum nec solum unquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus. Itaque plura brevi tempore eversa, quam multis annis stante republica, scripsimus.

CAP. II. *Quibus invitamentis filium Cicero ad philosophiam adhortetur.*

SED cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa, nec ulla pars ejus inculta ac deserta sit; tum nullus feracior in ea locus est, nec uberior, quam de officiis, a quibus constanter honesteque vivendi præcepta ducuntur. Quare quamquam a Cratippo nostro, principe hujus memoriæ philosophorum,* hæc te assidue audire atque accipere confido, tamen conducere arbitrator, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare; nec eas, si fieri possit, quidquam aliud audire.

Quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tum haud scio, an nemini potius quam tibi. Sustines enim non parvam expectationem

CHAPTER II.

* *Philosophorum.* At the head of the philosophers of the present day. Cicero will not put him on a level with the philosophers of antiquity, though, lib. ii. c. 2, the compliment is paid to him as being *vis simillimo*.

† *Nemini.* Thus, lib. i. Ep. 1. ad Q. F., "Ut tibi tanti honores haberentur quanti haud scio an nemini." This is equivalent to *fortasse nemini*.

imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Suscepisti onus præterea grave et Athenarum, et Cratippi: ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis auctoritatem, et magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (si discendi labor* est potius quam voluptas) tantum fac ut efficias: † neve committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hæc hactenus. Multa enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositæ divisionis revertamur.

Panætius igitur, qui sine controversia de officiis accuratissime disputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines et consultare de officio solerent, uno, cum dubitarent, honestumne id esset, de quo‡ ageretur, an turpe: altero, utilene, an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod utile videretur, quomodo ea discerni oporteret; de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec [id] exsolvit quod promiserat.

Quod eo magis miror, quia scriptum a discipulo ejus Posidonio est, triginta annis§ vixisse Panætium postea quam eos libros edidisset. Quem locum miror a Posidonio breviter esse tactum in quibusdam commentariis; præsertim cum scribat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium.

Minime vero assentior iis, qui negant, eum locum a

* *Discendi labor.* If indeed the term labour can properly be applied to learning. The expression in the text is elliptical. Si discendi labor, labor potius est, quam voluptas.

† *Fac ut efficias.* This pleonasm is used as more emphatical than *effice*; be careful to effect.

‡ *De quo.* Not properly *alterum de quo*, but *de quibus*. *De quo* may be interpreted, *respecting which*.

§ *Annis*, al. *annos*: of each of these constructions an instance is found, ii. 22, and 23.

Panætio prætermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse, quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum potest habere dubitationem, adhibendumne fuerit hoc genus, quod in divisione Panætii tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non potest, quin a Panætio susceptum sit, sed relictum. Nam qui e divisione tripartita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. Præterea in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum.

Accedit eodem testis locuples, Posidonius, qui etiam scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum* dicere solere, qui Panætium audierat, ut nemo pictor esset inventus, qui [Coæ] Veneris† eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, quæ Panætius prætermisisset [et non perfecisset‡] propter eorum, quæ perfecisset, præstantiam, neminem esse persecutum.

CAP. III. *In separandis utili et honesto periculum esse. Quid sit vivere convenienter naturæ.*

QUAMOBREM de iudicio Panætii§ dubitari non potest. rectene [autem] hanc tertiam partem ad exquirendum officium adjunxerit, an secus, de eo fortasse disputari||

* *Rutilium Rufum.* Lib. ii. 13.

† *Veneris.* Of this unfinished picture, Pliny speaks, xxxv. 10. "Apelles etiam inchoaverat Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Invidit vero mors, peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est."

‡ *Perfecisset.* The three words within brackets are probably an interpolation: in many MSS. they do not appear. Bishop Pearce suggests *promisisset, et non perfecisset.*

CHAPTER III

§ *Judicio Panætii:* that, in the opinion of Panætius, this was a fit subject of inquiry, cannot be doubted.

|| *Disputari:* al. *dubitari.* The verb *disputo*, in its original acceptance, does not imply discordance of opinion, but merely debate without contention. *Mihi quidem videtur, in utramque partem, de tuo officio disputari posse.* Ep. ad Fam. xi. 27. The present reading is, however, warranted by the greater number of MSS.

potest. Nam sivi honestum, solum bonum est, ut Stoicis placet;* sive quod honestum est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis vestris videtur, ut omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar† habeant: dubitandum non est, quin nunquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque accepimus, Socratem exsecrari solitum eos, qui, primum hæc natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut et quidquid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile quidquam, quod non honestum.

Quod si is esset Panætius,‡ qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; ut ii, qui res expetendas vel voluptate, vel indolentiæ§ metiuntur: liceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum judicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione pejorem: non videtur ejusmodi debuisse deliberationem introducere, in qua, quod utile videretur, cum eo, quod honestum est, compararetur.

Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere|| semper: cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere,¶ siea virtuti

* *Stoicis placet.* Paradox. i.

† *Minimi momenti instar:* not the least weight in the scale.

‡ *Is esset Panætius:* if Panætius was one of those.

§ *Indolentia:* absence of pain and trouble. This word, in the present sense, is probably peculiar to Cicero. He translates the summum bonum of Hieronymus of Rhodes, (which is by that philosopher termed ἀναλγησία,) “Doloris omnis amotionem; ut ita dicam, indolentiam.” De Fin. ii. 3.

|| *Congruere.* The Stoics held that *ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.* was not to be distinguished from *κατ’ ἀρετὴν ζῆν.* Diog. Laert. vii. 87. To live in conformity with the law of nature, is certainly a rule capable of dangerous interpretation, but may be thus explained, that it is to live in conformity to the relations which nature has established.

¶ *Cetera—legere.* The rest, numbered by the Stoics among com

non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam, hanc comparationem non recte introductam, nec omnino de eo genere quidquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli unquam potest. In iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo, similitudines honesti esse possunt.

Hæc enim omnia officia, de quibus his libris disputamas, media Stoici* appellant. Ea communia sunt, et late patent: quæ et ingenii bonitate multi assequuntur, et progressionem discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet; † nec, præter sapientem, cadere in quemquam potest.

Cum autem aliquid actum est in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum, propterea quod vulgus, quid absit a perfecto, non fere intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermisum. Quod idem in poëmatis, in picturis usu venit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti laudentque ea quæ laudanda non sint, ob eam, credo, causam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidem, quid in una quaque re vitii sit, nequeant judicare. Itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia.

CAP. IV. *Honestum cum utilitatis repugnantia nunquam esse comparandum.*

HÆC igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda quædam honesta esse dicunt, non sapi-

moda, not bona; as health, wealth, glory; it was permitted to take up, *legere*; not to pursue or wish for them.

* *Media.* Vide l. i. c. 3.

† *Omnes numeros habet.* *Has attained perfection.* A metaphor taken from the *Palæstra*. In those exercises, a man who excelled in every point was said "omnes numeros habere." Seneca de Benef. vii. c. 1. Quintil. xii. 2. 12.

entium* modo† propria, sed cum omni hominum genere communia. Itaque his omnes, in quibus est virtutis indoles,‡ commoventur. Nec vero cum duo Decii, aut duo Scipiones, fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius, Aristidesve§ justi nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his justitiæ, tamquam a sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem volumus intelligi; nec ii, qui sapientes habiti et nominati, M. Cato et C. Lælius, sapientes fuerunt; ne illi quidem septem:¶ sed ex mediolorum officiorum frequentia, similitudinem quamdam gerebant speciemque sapientium.

Quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia¶ comparari: nec id, quod communiter appellamus honestum, quod colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt, cum emolumentis unquam est comparandum. Tamque id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuendum conservandumque nobis est, quam illud, quod proprie dicitur, vereque est honestum, sapientibus. Aliter enim teneri non potest, si quæ ad virtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de iis, qui conservatione officiorum existimantur boni.

CHAPTER IV.

* *Sapientium*: the genitive in this form is found in MSS. of highest authority.

† *Modo*. Heuman and both the Heusingers would exclude *modo*. It appears, however, necessary to complete the sense. These duties are incumbent not on the wise alone: they apply to the whole human race.

‡ *Indoles*. A disposition to virtue. Cum hac indole virtutum ac vitiorum. Liv. xxi. 4.

§ *Aristidesve*. J. M. Heusinger thinks *Aristidesve* an interpolation. In several MSS. he found *justus nominatur*; and *tanquam a sapiente*.

¶ *Septem*. The seven sages of Greece were Pittacus, Periander, Thales, Solon, Chilon, Cleobulus, and Bias. On account of their constant observation of the *middle duties*, they had arrived, as Cicero says, to some resemblance of that ideal character which constitutes the wise man—qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærent, in numero sapientium non habent. Læl. 2.

¶ *Utilitatis repugnantia*: with the utility repugnant to it.

Qui autem omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare: boni viri non solent. Itaque existimo, Panætium, cum dixerit, homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare quod utile videatur, quam quod honestum; sed hæc etiam inter se comparare et in his addubitare, turpissimum est. Quid ergo est, quod nonnunquam dubitationem afferre soleat, considerandumque videatur? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur.

Sæpe enim tempore fit, ut, quod turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non esse turpe. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Quod potest majus esse scelus, quam non modo hominem, sed etiam familiarem hominem occidere? Num igitur se adstrinxit scelere, si qui tyrannum occidit, quamvis familiarem?* Populo quidem Romano non videtur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit† ergo utilitas honestatem? Immo vero honestatem utilitas est consecuta. Itaque, ut sine ullo errore dijudicare possimus, si quando cum illo quod honestum intelligimus, pugnare id videbitur quod appellamus utile, formula quædam constituenda est, quam

* *Occidit, quamvis familiarem?* Yes, certainly; not merely because the deed must be accompanied with treachery, and because, in a state of society and of peace, the laws alone should dispose of the lives of individuals; but because the abuse and the extension of these tyrannicide maxims have by experience been found to serve no better purpose than to furnish the leaders of factions with a pretext for successive assassinations; affording liberty no effectual protection. The consequences of admitting rules which commit the life and safety of each individual to the "spleen, fury, and fanaticism," of his neighbour, are ably exposed by Paley; M. and P. Phil. ii. 7, "On the Necessity of General Rules." Cicero's intimacy with the assassins of Cæsar probably assisted to mislead him on this subject.

† *Vicit.* With allusion, probably, to the death of Cæsar

si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.

Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maxime consentanea: quam quidem his libris propterea sequimur, quod, quamquam et a veteribus Academicis, et a Peripateticis vestris* qui quondam iidem erant, quæ honesta sunt, anteponuntur iis quæ videntur utilia; tamen splendidius hæc ab eis disse-runtur, quibus, quidquid honestum est, idem utile videtur, nec utile quidquam quod non honestum; quam ab iis, quibus honestum aliquid non utile, aut utile non honestum. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro jure liceat† defendere. Sed redeo ad formulam.

CAP. V. *Hominem, naturæ obedientem, homini nocere non posse.*

DETRAHERE igitur [aliquid] alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit convictum humanum et societatem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam, quæ maxime est secundum naturam, humani generis societatem.

Ut, si unum quodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem‡ ad se traduxisset, debilitari et interire totum

* *Peripateticis vestris.* After Plato's death, his school divided: Aristotle became the head of that portion of it to which was given the name of Peripatetics; the remainder, under the conduct of Xenocrates, retained the doctrines of Plato, and the appellation of Academics.

† *Licentiam dat, ut—liceat.* Other instances of this redundant mode of expression are found, i. 3, *definiunt—ut definiant.* iii. 8, *veliberantium—qui deliberant.*

CHAPTER V.

‡ *Valetudinem.* *The strength and powers.*

corpus necesse esset : sic, si unus quisque nostrum al se rapiat commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumentum sui gratia, societas hominum et communitas evertatur necesse est. Nam, sibi ut quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quam alteri, acquirere, concessum est, non repugnante natura : illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.

Neque vero hoc solum natura, id est jure gentium,* sed etiam legibus populorum,† quibus in singulis civitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt ; incolumem esse civium conjunctionem : quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinclis, damno‡ coërcent. Atque hoc multo magis efficit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina et humana,§ cui parere qui velit (omnes autem parebunt qui secundum naturam volunt vivere) nunquam committet, ut alienum appetat, et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat.

Etenim [multo] magis est secundum naturam excel- sitas animi et magnitudo, itemque communitas, justitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiæ : quæ quidem contemnere, et pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi et excelsi est. Detrahere ergo de altero sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam cetera generis ejusdem.

Itemque magis est secundum naturam, pro omnibus

* *Jure gentium.* These words are not to be taken in their modern acceptation ; but import, *the rules of moral government taught by reason to men of all nations ;* corresponding with our *law of nature*, as distinguished from social institutions. Tusc. i. 13, "Consensio quædam gentium lex naturæ putanda est."

† *Populorum.* The municipal law of each country is the second ground of support of his formula.

‡ *Damno.* By *finis or penalties.*

§ *Divina et humana.* Lex est ratio summa, insita in natura quæ jubet ea quæ faciendæ sunt, prohibetque contraria. De Legg. i. 6. Conformity with right reason forms the third support.

gentibus, si fieri possit, conservandis, aut juvandis maximos labores molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor,* in concilio cœlestium collocavit, quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis, ut excellas etiam pulchritudine et viribus. Quocirca optimo quisque et splendidissimo ingenio longe illam vitam huic anteponeat. Ex quo efficitur, hominem naturæ obedientem, homini nocere non posse.

Deinde qui alterum violat, ut ipse aliquid commodi consequatur; aut nihil se existimat contra naturam facere; aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quam facere cuiquam injuriam. Si nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis, quid cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id quidem censet, sed multo illa pejora mortem, paupertatem, dolorem; errat in eo, quod illum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gravius existimat.

CAP. VI. *Eadem esse uniuscujusque et universorum utilitatem: præcepta ad judicandum cum hæ duæ utilitates videntur contrariæ.*

ERGO unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas unius cujusque et universorum:† quam si ad

* *Hominum—memor.* Whom his reputation among men, and the memory of benefits conferred. Jure igitur gravis, cujus de laudibus omnium esset fama consentiens. Cat. Maj. 17.

CHAPTER VI.

† *Eadem—universorum.* By the active endeavour of each individual to improve his own lot, the prosperity of the community is best advanced: That the good of the public should be in the view of each individual as strongly and as often as his own particular benefit, is neither to be expected, nor is it necessary. In pursuing the latter object, he should guard against its clashing with the public good; in case they interfere, he should in that instance give up his pursuit.

se quisque rapiet, dissolvetur omnis humana consortio. Atque etiam si hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes et eadem lege naturæ: idque ipsum si ita est, certe violare alterum, naturæ lege prohibemur. Verum autem primum, verum igitur extremum.

Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos, commodi sui causa; aliam rationem esse civium reliquorum. Hi sibi nihil juris, nullam societatem, communis utilitatis causa statuunt esse cum civibus: quæ sententia omnem societatem distrahit civitatis. Qui autem civium rationem dicunt habendam, externorum, negant, hi dirimunt communem humani generis societatem; qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia funditus tollitur. Quæ qui tollunt, etiam adversus deos immortales impii judicandi sunt. Ab iis enim constitutam inter homines societatem evertunt: cujus societatis artissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrudere sui commodi causa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quæ vacent injustitia.* Justitia enim una virtus omnium est domina et regina virtutum.

* *Quæ vacent injustitia.* In this difficult passage, the MSS. vary. *Quæ vacent justitia.* *Quæ non vacent justitia.* *Quæ vacent. Justitia hæc enim una virtus,* &c. Different emendations have been proposed. Gronovius for *quæ* would read, *ne vacet justitia.* Bishop Pearce, to whom Toup assents, *Quia vacat (or vacet) justitia.* The reading in the text appears warranted but by one MS., but is preferred by Facciolati, J. F. Heusinger, and Gernhard, and interpreted; *to which injustice on your own part is not imputable.* Scheller (*Obs. in prisc. script. Lips.: 1785, p. 231*) adopts the reading, *quæ vacent justitia;* and explains, licent vacent justitia: that it should be viewed as a greater contravention of the laws of nature, for a man to strip another of his property, merely for the sake of his own convenience, than to endure himself all sorts of external suffering of body, or even of mind; *even of an unjust nature.*

Forsitan quispiam dixerit, nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior, quam animi talis affectio, neminem ut violem, commodi mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem tyrannum et immanem vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nonne faciat?

Hæc ad judicandum sunt facillima. Nam si quid ab homine ad nullam partem utili, tuæ utilitatis causa detraxeris, inhumane feceris, contraque naturæ legem. Sin autem is tu sis, qui multam utilitatem reipublicæ atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis; si quid, ob eam causam,* alteri detraxeris, non sit reprehendendum. Sin autem id non sit ejusmodi, suum cuique incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum.† Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid hujusmodi, quam detractio, aut appetitio alieni: sed communis utilitatis derelictio contra naturam est; est enim injusta. Itaque lex ipsa naturæ, quæ utilitatem hominum conservat et continet, decernit profecto, ut ab homine inertis atque inutili ad sapientem, bonum, fortem virum, transferantur res ad vivendum necessariæ; qui, si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit; modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, seseque diligens, hanc causam habeat ad injuriam. Ita

* *Ob eam causam.* On account of your own great value in society.

† *Commodis detrahendum.* Many acts done for the preservation of life may fairly be considered, in extreme cases, as exceptions to general rules. Injuries done under such circumstances, of a pecuniary nature, may afterwards be compensated fifty fold. "To say the truth, these extreme cases, which happen seldom, and hardly, when they do happen, admit of any moral agency, are scarcely worth mentioning, much less debating." Paley's *El. of M. and P.* Ph. iv. 1. Cicero's language is not indeed very dogmatical: *Suum cuique incommodum ferendum*: and pretty considerable latitude is left, in the permission to each person to use his own discretion in appreciating his own merit. In doing this, and on such an occasion in particular, the error likely to be committed would certainly not be by undervaluing them.

semper officio fungetur, utilitati consulens hominum, et ei, quam sæpe commemoro, humanæ societati.

Nam quod ad Phalarim* attinet, perfacile judicium est. Nulla enim nobis societas cum tyrannis, et potius summa distractio est: neque est contra naturam, spoliare eum, si possis, quem est honestum necare: † atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim ut membra quædam amputantur, si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere cœperunt, et nocent reliquis partibus corporis; sic ista in figura hominis feritas et immanitas belluæ, a communi tamquam humanitatis corpore ‡ segreganda est. Hujus generis sunt quæstiones omnes eæ, in quibus, ex tempore, § officium exquiritur.

CAP. VII. *Honestum vel unice vel maxime esse expetendum.*

EJUSMODI igitur credo res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliqui casus, aut occupatio, consilium ejus peremisset. || Ad quas ipsas consultationes ex superio-

* *Phalarim.* L. ii. 7.

† *Nulla—necare.* We have no common ties which unite us with tyrants, but rather there is between us the strongest repulsion; nor is it a violation of the laws of nature to deprive, if you can, that man of his property, whom it was meritorious to deprive of his life. This sentence appears equally ill-founded in its premises, and in its conclusion. We can have no right to assassinate any person; but if we had, the right to rob him also would not be consequent on it. Crimes would multiply exceedingly, if their punishment were to be the confiscation of the offender's goods, for the benefit of any person who could appropriate them, by murdering the supposed criminal.

‡ *Communi—corpore.* The distinction here intended seems between those who are allowed to have only the external appearance of men, but who in their nature are brutes, namely, tyrants; and those who really belong in every point to the human species. From the latter *communi humanitatis corpore*, these tyrants (having, as is said in our ancient law of men excommunicated, *caput lupinum*) are to be cut off.

§ *Ex tempore.* From circumstances. *Sæpe enim tempore fit, ut quod turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non esse turpe.* iii. 4.

CHAPTER VII.

|| *Peremisset.* "Nove usus est verbo *perimendi*; nisi forte mendum subest, et legendum est *prævenisset.*" Erasm. In other

ribus libris satis multa præcepta sunt, quibus perspicere possit, quod sit propter turpitudinem fugiendum; quid idcirco fugiendum non sit, quod omnino turpe non est. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium* imponimus: ut geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ volunt, explicent: sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil, præter id, quod honestum sit, propter se esse expetendum. Sin hoc non licet per Cratippum: at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse maxime propter se expetendum. Mihi utrumvis satis est: et tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quidquam probabile.

Ac primum Panætius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ viderentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, sæpe testatur: negatque ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque non ut aliquando anteponeamus utilia honestis, sed ut ea sine errore dijudicemus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro.†

instances, however, both the verb and the participle are employed by Cicero in the sense of *complete termination*. Pro. Sext. 22, "Si causam publicam mea mors peremisset." De Harusp. Resp. c. 11, "Si ludi non prætermisisti, sed perempti atque sublatis sunt." Tusc. Q. 1. 37, "Non potest miser esse quisquam, sensu peremto." From the verb in this sense, seems derived the legal term *peremptorius*; conclusive; putting an end to further controversy.

* *Fastigium*. "Id est summam manum: ab ædificiis translatus, quibus perfectis, conus aliquis imponitur in summo." Erasm.

† *Fas erat*. That is, as Panætius was a Stoic, such an assertion would have been in direct contradiction to his own principles.

‡ *Marte nostro*. "Proverbialiter a militia translatus, ubi suo Marte rem gerere dicebantur, qui nullis auxiliariis copiis adjuti committerent." Erasm.

Neque enim quidquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod quidem mihi probaretur, de iis,* quæ in manus meas venerint.

CAP. VIII. *Quod honestum non est, id nec utile esse: hæc duo male separari.*

Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, commoverit necesse est: sed si, cum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit, tum non utilitas relinquenda est, sed intelligendum, ubi turpitude sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitude (recta enim, et convenientia, et constantia natura desiderat, aspernaturque † contraria) nihilque tam secundum naturam quam utilitas; certe in eadem re utilitas et turpitude esse non potest. Itemque si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est, ut Zenoni visum est, aut certe omni, pondere § gravior habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli placet; necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum: quod autem bonum, id certe utile: ita quidquid honestum, id utile.

* *De iis.* For, *ex iis*; as, Corn. N. in Themist. c. 9, "Thucydidi credo, qui ætate proximus de iis qui illorum temporum historiam reliquerunt."

CHAPTER VIII.

† *Commoveri.* *Animum* is introduced in one MS. cited by Bishop Pearce; in others, *nos*. Facciolati, on what authority is not known, alters to *commoveare*. With the present reading, which is found in most MSS. and early editions, *te* may be understood.

‡ *Aspernatur.* The etymology and exact import of this verb are in dispute: some derive it from *ad* and *sperno*; others, from *a* and *sperno*. The etymology of that verb itself is indeed uncertain. J. F. Heusinger suggests that as from *alter* are formed *altero* and *alterno*, so from *asper* may have been formed *aspero* and *aspernor*. This adjective in one sense seems to have been employed for *averse* from, as *Æn.* viii. 365, "Rebusque veni non asper egenis."

§ *Pondere.* Another metaphor taken from the balance, iii. 2, note, 4. Quam vim habet libra illa Critolai: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram, corporis et externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat
Tusc. v 17

Quare error hominum non proborum, cum aliquid, quod utile visum est, arripuit, id continuo secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur: hinc furta, peculatus, expilationes direptionesque sociorum et civium: hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ: postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil nec tætrius, nec fœdus excogitari potest. Emolumenta enim rerum fallacibus judiciis vident: pœnam non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident.

Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellantur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant, utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non pervenerint. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam ex omni deliberatione, celandi et occultandi spes opinioque removenda est. Satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

CAP. IX. *Nihil spe occultandi sceleris committendum esse.*

HINC ille Gyges inducitur a Platone;* qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbris, in illum hiatus descendit, æneumque equum, ut ferunt fabulæ,†

CHAPTER IX.

* *Platone.* Gyges, after murdering Candaules, king of Lydia, usurped the sovereignty. Plat. de. Repub. ii. Herodot. i. 8. Justin. i. 7. The facility with which a man in his humble condition succeeded in such an enterprise gave birth probably to the fabulous part of the story.

† *Ut ferunt fabulæ.* Cicero pursues the words of Plato — Καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ, ἃ μυθολογοῦσι, θαυμαστὰ, καὶ ἵππον χαλκοῦν, κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα.

animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito; quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor) tum in consilium se pastorum recepit. Ibi cum palam ejus annuli ad palmam* converteret, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in locum† annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit, ea [que] adjutrice, regem dominum interemit, sustulit‡ quos obstare arbitrabatur: nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente annuli beneficio, rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim bonis viris,§ non occulta quæruntur.

Atque|| hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et commentitiam fabulam prolatam dicunt a Platone: quasi vero ille, aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat.¶ Hæc est vis hujus annuli et hujus exempli, si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid divitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis causa feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum, sine facturus. Negant id fieri posse. Quamquam potest

* *Ad palmam.* Turning it to the *inside* of the hand, εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρὸς.

† *In locum*, sc. *qui conveniens erat*; that is, turning in externally.

‡ *Sustulit*: al. *sustulitque*.

§ *Bonis viris.* Some commentators, considering these words as in the dative, and in construction with a verb passive, which is not very common, here suspect an error. But the obvious construction appears to be, in the ablative. One MS., and but one, reads *boni viri* and *quærunt*.

|| *Atque.* Bishop Pearce here gives *Atqui*, probably rightly; though his reading has not been found confirmed by any MS. The same correction has been adopted in the next chapter; and probably should also be adopted in L. i. c. 40, *Atque hoc idem Sophocles*.

¶ *Defendat.* *Asserted, maintained.* Thus de Orat. ii. 38, "Carneades nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit quam non probarit;" and c. 50, "Sed meritam ac debitam fuisse defenderis."

id quidem : * sed quæro, quod negant posse, id si posset, quidnam facerent ? Urgent rustice † sane. Negant enim posse, et in eo perstant. Hoc verbum ‡ quid valeat, non vident. Cum enim quærimus, si celare possint quid facturi sint ; non quærimus, possintne celare : sed tanquam tormenta quædam adhibemus, ut, si responderint, se, impunitate proposita, facturos quod expediat, facinorosos se esse fateantur : si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. Sed jam ad propositum revertamur.

CAP. X. *Ubi deest honestas ibi nullam esse utilitatem. Omnibus rebus, excepta justitia, amicitiam anteponendam esse.*

INCIDUNT multæ sæpe causæ, quæ conturbent animos utilitatis specie ; non, cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino § col-

* *Quamquam—quidem.* This reading appears in all MSS. For *quamquam*, the youngest Aldus conjectured that *nequaquam* should be read. Bishop Pearce, Ernesti, J. M. Heusinger, and at one time Gesner, assented. Gesner indeed subsequently retracted this opinion, and adhered to the common reading, under the supposition that *negari* was understood. Other editors have on conjecture inserted, non : *quamquam non potest.* For *nequaquam*, J. F. Heusinger at one time proposed *nunquam*. The ancient scribes were in the habit of abbreviating these and similar particles, which are consequently too often confounded. It is however not unlikely, that these four words are a gloss of some Epicurean transferred from the margin. If really Cicero's, his meaning may have been, merely to assert the possibility of such concealment ; that it is imaginable.

† *Rustice.* They are stupid enough not to be aware, that it is for the argument's sake alone, they are asked to admit the possibility of this concealment ; and that it does not follow that this possibility is seriously maintained by any person, because they are asked to admit it.

‡ *Hoc verbum.* That is the verb *posse*, or the conditional phrase *si posset*. This person cannot comprehend the difference between a conditional and a positive affirmation.

CHAPTER X.

§ *Collatino.* The husband of Lucretia, L. Tarquinius Collatinus, was grandson of Aruns brother of Tarquinius Priscus. Liv. i. 46

legæ Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere injuste. Fuerat enim in regibus expellendis, socius Bruti, consiliorum et adjutor. Cum autem consilium hoc principes cepissent, cognationem Superbi, nomenque Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam: quod erat utile, patriæ consulere, id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem, sine qua ne utilitas quidem esse potuisset.

At in eo rege, qui urbem condidit, non item. Species enim utilitatis animum pepulit ejus: cui cum visum esset utilius, solum, quam cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset: et tamen muri* causam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, nec sane idoneam. Peccavit igitur, pace vel Quirini,† vel Romuli, dixerim.

Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus; sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, servendum est. Scite Chrysippus,‡ ut multa. Qui stadium, inquit, currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat: supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est: alteri deripere, jus non est.

Maxime autem perturbantur officia, in amicitiiis: quibus et non tribuere, quod recte possis, et tribuere, quod non sit æquum, contra officium est. Sed hujus

and 57. Though his exertions in the expulsion of the Tarquins had been equally meritorious with those of Brutus, with whom he had been united in the first consulate, yet suspicions arose, founded merely on his connexion with the exiled family; a law passed depriving him of his office; and he was driven into banishment with the other relations of the Tarquin family.

* *Muri*. T. Liv. i. 7.

† *Quirini*. A covert allusion, perhaps, to his deification; notwithstanding which, his conduct is censured as criminal.

‡ *Chrysippus*. A leader of the Stoics, third in succession from Zeno. His works were numerous. Diog. Laert. L. vii.

generis totius, breve et non difficile præceptum est. Quæ enim videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, cetera generis ejusdem, hæc amicitia nunquam antapponenda sunt. At neque contra rempublicam, neque contra jus jurandum ac fidem, amici causa, vir bonus faciet; ne si judex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amicitia, ut veram amici causam esse malit; ut orandæ iitis tempus, quoad per leges* liceat, accommodet.

Cum vero jurato sententia dicenda sit, meminerit, deum se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam,† qua nihil homini dedit deus ipse divinius. Itaque præclarum a majoribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, quæ salva fide facere possit.‡ Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paulo ante dixi honeste amico a iudice posse concedi. Nam, si omnia faciendæ sunt, quæ amici velint, non amicitia tales; sed conjurationes putandæ sunt.

Loquor autem de communibus amicitia. Nam, in sapientibus viris perfectisque, nihil potest esse tale. Damonem et Phintiam,§ Pythagoreos, ferunt hoc

* *Quoad per leges.* The delay allowed to the litigant party by the judge, either comports with the laws and the practice of the court, or it does not. In the first case, it is no favour, or act of friendship, but is due of right to all suitors. In the other case, if the delay were allowed by way of favour, if the judge, in order to accommodate one litigant party, his own personal friend, and not in conformity with the usual practice, takes on him to fix, or put off, the day of hearing, injustice would clearly be done to the other party, and the judge would violate his duty.

† *Deum—mentem suam.* The divinity of the mind, as taught by Plato, Leg. x., had been before maintained by Cicero, under the person of Scipio Africanus. Somn. Scip. "Deum te igitur scito esse: siquidem deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui præpositus est quam hunc mundum princeps ille Deus," &c.

‡ *Facere possit.* Another proof here arises of the practice existing in Rome, as in France, of soliciting judges, and of its abuses. From our ancestors we receive an excellent custom (if we but adhere to it) of soliciting or petitioning a judge in these words: if with a safe conscience—if it can honourably be done.

§ *Phintiam.* The name is thus given by Plutarch; περι πολυφιλίας. 93. By others, *Pythias*. Valer. Max. iv. 7.

anim) inter se fuisse, ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti ad- dictus esset, paucos sibi dies, commendandorum* suo- rum causa, postulavisset; vas factus est† alter ejus sis- tendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam tertium adscribe- rent. Cum igitur id, quod utile videtur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, jaceat utilita- tis species, valeat honestas. Cum autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur, religio et fides anteponatur‡ amicitia. Sic habebitur is, quem ex- quirimus, delectus officii.

CAP. XI. *Utilitatis specie in republica sæpissime peccari: quanto sit honori rebuspublicis, honesta utilibus præferre.*

SED utilitatis specie in republica sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbance, nostri. § Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. || Hoc visum est

* *Commendandorum.* *Commendare suos vel sua.* To deliver into the care or protection of another.

† *Ut—factus est.* *Ut*, followed by a verb in the indicative, having shocked the purists, several editors, without authority, would expunge the conjunction: others, also, without authority, indeed without thinking any besides their own opinion necessary, change *est*, into *sit*. At length, by the two last editors, the text is restored; but this passage is reckoned among Cicero's Anacolutha. Critics and editors are at perfect liberty to give what term they please to their author's modes of construction, and what form they please to their own; but not the most elevated among them has any right, unless there be manifest error, to meddle with the text.

‡ *Anteponatur:* al. *unleponatur.* *Religio* and *fides* are here used nearly in the same sense; and the MSS. nearly all, coincide in giving the verb in the singular. Thus, *tempus necessitasque postulat*, i. 23; *victus cultusque—referatur*, i. 30; *societas nominum et communitas evertatur*, iii. 5.

CHAPTER XI.

§ *Nostri.* *Peccaverunt*, or *fecerunt*, must be understood; proba- bly the latter verb, as it is implied after *Athenienses*, in the follow- ing sentence.

|| *Æginetis—præciderentur.* After the battle of Salamis, th

utile. Nimis enim imminuebat, propter propinquitatem.* Ægina Piræo. Sed nihil, quod crudele, utile Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas.

Male etiam qui peregrinos urbibus utiſ prohibent, eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper.† Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus et Scævola:§ usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur. Plena exemplorum est nostra respublica, cum sæpe alias,* tum maxime bello Punico secundo:

prize of valour was awarded to the seamen of this island. Herodot. viii. c. 3. Though it was not 25 miles in circumference, yet as it was situate within ten miles of the coast of Attica, jealousy and mutual suspicions may naturally have arisen between the inhabitants of each, and mutual injuries probably have been inflicted. The Athenians, on the occasion mentioned in the text, were undoubtedly guilty of an act of great barbarity; but it sinks into insignificance when compared with several other such acts, committed by the Romans themselves: for instance, one in Cicero's own time, of which we have the narration from the man who committed the deed; at the same time boasting of his humanity. De Bell. Gall. viii. 36. Cæsar cut off the *hands* of all those who had borne arms in the defence of Uxellodunum! The inhabitants of Ægina were incapacitated from managing the oar—but how were the miserable, mutilated objects of Cæsar's inhumanity to prolong their existence? How many of them must have perished by famine, slowly, and in misery?

* *Propter propinquitatem.* To these two words Ernesti objects, as not genuine: their sense, he thinks, implied in *imminebat*. But this verb does not necessarily imply contiguity. Cum præpotens terra marique Carthago—huic imperio immineret: pro Balb. 14.

† *Urbibus uti.* To make their abode within the territory.

‡ *Papius nuper.* M. Junius Pennus was tribune of the people, A. U. C. 627; C. Papius, A. U. C. 688. If the object of each of these laws was the exclusion from Rome of persons not citizens, neither of them seems to have accomplished it.

§ *Scævola.* Licinius Crassus and Q. Mucius Scævola were consuls, A. U. C. 658. This law was named Lex Licinia et Mucia; and directed all natives of Italy to take up in their own proper states their rights of citizenship. Legem Liciniam et Muciam, de civibus regendis, quam duo Coss, omnium quos vidimus sapientissimi, tulissent, video constare inter omnes, non modo inutilem, sed perniciosam reipublicæ fuisse. Pro C. Cornelio. i. orat. 7. inter Fragm. 1. Edit. Ernest. Oxon. 1810. vol. vii. 880.

¶ *Alias.* This word, omitted by the Heusingers, but inserted by

quæ, Cannensi calamitate accepta, majores animos habuit quam unquam rebus secundis.* Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret.

Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut urbe relicta, conjugibus et liberis Træzenē depositis, naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent; Cyrsilum quemdam suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus cooperuerunt. Atqui ille utilitatem sequi videbatur: sed ea nulla erat, repugnante honestate.

Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium reipublicæ salutare, sed id sciri, † non opus esse. § Postulavit, ut aliquem populus daret, quicum communicaret. Datus est Aristides. Huic ille, classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, || clam incendi posse; quo facto, frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna expectatione venit, dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime ho-

Gernhard, is found in several valuable MSS., and seems necessary to complete the sense.

* *Unquam rebus secundis.* Liv. xxiii. 14. Flor. ii. 6. 31. These transactions certainly afford proof of the spirit, unanimity, and policy of the Romans. Had they then given way to despondence, their ruin was inevitable.

† *Træzene.* This is a town of Argolis, in the Peloponnesus. The fate of Cyrsilus is mentioned by Demosthenes (*περὶ Στεφάνου*) who adds, that the Athenian women inflicted the same punishment on the wife of Cyrsilus.

‡ *Sciri.* *Publicly known.*

§ *Non opus esse.* As ἔργον ἐστὶ in Greek, so *opus est*, or *—non est* in Latin, is employed to signify utility, or injury. De Or. ii. 73. "Quod non solum quod opus esset diceres, sed etiam quod non opus esset, non diceres." Læ. xiv. 9. The meaning of Themistocles, in this instance, is, that by divulging the scheme, its execution might be prevented. Plut. in Aristide, et Themistocle. Valer. Max. vi. 5.

|| *Gytheum.* Γύθειον, or Γύθειον. This was the Lacedæmonian port. Liv. xxxiv. 38; at the distance, as Polybius says, lib. v. 19, of thirty stadia from the city.

nestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt: totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide, repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui piratas* immunes, socios vectigales,† habemus.

CAP. XII. *Rem illustrat Cicero tribus exemplis; quorum primum est Rhodii mercatoris, agiturque de astutia in contractibus communibus.*

MANEAT ergo,‡ quod turpe sit, id nunquam esse utile: ne tum quidem, cum id quod esse utile putes, adipiscare. Hoc enim ipsum utile putare quod turpe sit, calamitosum est. Sed incidunt, ut supra dixi,§ sæpe causæ, cum repugnare utilitas honestati videatur,|| ut animadvertendum sit, repugnetne plane, an possit cum honestate conjungi. Ejus generis hæ sunt quæstiones: Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum, magnum frumenti numerum¶ advexerit in Rhodiorum inopia, et fame, summaque annonæ caritate: si idem sciat, complures mercatores Alexandria solvisse, navesque in cursu, frumento onustas, petentes Rhodum, viderit; dicturusne sit id Rhodiis, an silentio suum

* *Piratas.* Facciolati thinks that allusion is here made to some persons of this description on the coast of Asia Minor, whom Pompey had removed into the interior. J. M. Heusinger justly conceives that Cicero would not unnecessarily thus impute blame to any act of this general; and that in this passage he more probably has in view the general license accompanying the recent civil war, when similar crimes probably were frequent, and passed with impunity.

† *Vectigales.* The adherents of Pompey, formerly in alliance with the Roman state, as Deiotarus, the inhabitants of Marseilles, and others; on whom Cæsar, when conqueror, imposed tribute.

CHAPTER XII.

‡ *Maneat ergo.* *Let it be then considered as proved.* Pro Mil. iv "Quapropter hoc maneat in causa, iudices."

§ *Supra dixi*—c. 10.

|| *Videatur*: al. *videtur*.

¶ *Numerum.* *Numerus* is applied to substances sold by measure as well as by tale. Hirt. de Bell. Afr. c. 8, "magno frumenti invento numero." *Modiorum*, or some similar word, is probably understood.

quam plurimo venditurus? Sapientem et bonum virum fingimus: de ejus deliberatione et consultatione quærimus: qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe judicet; sed dubitet, an turpe non sit.

In hujusmodi causis, aliud Diogeni Babylonio* videri solet, magno et gravi Stoico: aliud Antipatro,† discipulo ejus, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda,‡ ut ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni; venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine insidiis agere; et quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi, exposui, vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum major est copia,§ cui fit injuria?

Exoritur Antipatri ratio ex altera parte: Quid ais? Tu cum hominibus consulere debeas, et servire humanæ societati, eaque lege natus sis, et ea habeas principia naturæ, quibus parere, et quæ sequi debeas, ut utilitas tua communis sit utilitas, vicissimque communis utilitas tua sit; celabis homines, quid iis adsit commoditatis et copię? Respondebit Diogenes fortasse sic: Aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico, quæ natura deorum sit; qui sit finis bonorum: quæ tibi plus prodesse cognita, quam tritici vilitas. Sed numquid, quod tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est? Immo vero, inquiet ille, necesse est, si quidem meministi, esse inter homines naturam conjunctam societatem. Memini, inquiet ille: sed num ista societas talis est, ut nihil suum cujusquam sit? quod si ita est, ne vendendum quidem quidquam est, sed donandum.

* *Diogeni Babylonio.* A Stoic of distinguished reputation, born at Seleucia, but called Babylonian, on account of the vicinity of the two cities.

† *Antipatro.* This philosopher is distinguished as a native of Tarsus. Cato of Utica was his disciple.

‡ *Patefacienda.* *Videntur*; understood.

§ *Major est copia.* As the quantity in the market is greater Hottinger translates, as the quantity which I have is greater.

CAP. XIII. *Secundum exemplum : venditoris ædium pestilentium.*

VIDES in hac tota disceptatione non illud dici ; Quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam : sed ita expedire, ut turpe non sit : ex altera autem parte, ea re,* quia turpe sit, non esse faciendum.

Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia quæ ipse norit, ceteri ignorent ; pestilentes sint, et habeantur salubres : ignoretur, in omnibus cubiculis apparere serpentes : male materiatae sint ; ruinosae ; sed hoc, præter dominum, nemo sciat. Quæro, si hæc emtoribus venditor non dixerit, ædesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num [id] injuste aut improbe fecerit.

Ille vero,‡ inquit Antipater. Quid est enim aliud, erranti viam non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis§ sanctum est, si hoc non est, emtorem pati ruere, et per errorem in maximam fraudem incurrere ? Plus etiam est, quam viam non monstrare. Nam est scientem|| in errorem, alterum inducere. Diogenes contra : Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est ? Ille, quod non placebat, proscripsit :¶ tu, quod placebat, emisti. Quod si qui proscribunt VILLAM BONAM BENEQUE ÆDIFICATAM, non existimantur fefelisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione ;

CHAPTER XIII.

* *Ea re.* On that account ; but that it is disgraceful, has not been proved.

† *Id injuste.* In one MS. *id* is omitted : in several early editions, *id juste aut improbe.*

‡ *Vero ;* particula est affirmantis. Facc.

§ *Publicis.* These public execrations were pronounced when the people were assembled, by the priests of the heralds. Athenæus, lib. vi.

—' Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
 "Ὅτ' ἔστιν, εἴ τις μὴ φράσει δοθῶς δδδν,
 'Ἡ πῦρ ἐναύσει, ἢ διαφθερεῖ ὑδωρ, κ. τ. λ.

Scientem. Te, understood.

Proscripsit. By this term is meant, the affixing on a house, or other object, a written ticket announcing that it is on sale.

multo minus, qui domum non laudarunt. Ubi enim iudicium emtoris est,* ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Quid vero est stultius, quam venditorem, ejus rei, quam vendat, vitia narrare? Quid autem tam absurdum, quam si domini jussu ita præco prædicet, DOMUM PESTILENTEM VENDO?

Sic ergo in quibusdam causis dubiis, ex altera parte, defenditur honestas, ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit, sed etiam non facere, turpe. Hæc est illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis sæpe dissensio. Quæ dijudicanda sunt. Non enim, ut quæreremus, exposuimus, sed ut explicaremus.†

Non igitur videtur nec frumentarius, Rhodios, nec hic ædium venditor, celare emtores debuisse. Neque enim id est celare, quidquid reticeas; sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, et cujus hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non justis, non viri boni: versuti potius, obscuro, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri.‡ Hæc tot, et alia plura, nonne inutile est vitiorum subire nomina?§ (a)

* *Judicium emtoris est.* Where the purchaser has an opportunity of forming his own opinion.

† *Non—explicaremus.* Not merely to state the doubt or difficulty, but to give its solution.

‡ *Vafri.* On referring to the conclusion of the last chapter, it will be seen that neither does Diogenes prove, nor does Antipater admit, that by the corn-merchant's silence, any rule of morality is infringed. On what ground, and for what reason, was it incumbent on him to disclose the fact which accidentally came to his knowledge, that other cargoes of corn were at sea? None is assigned, but that buyers and sellers are bound by the same social ties. But these do not, as Antipater observes, bind us to communicate to everybody all we know. In withholding this information, which was wholly extrinsic to his bargain, no confidence was violated. Had he disclosed it, the price of the commodity in which he dealt would have been materially reduced. However noble-minded

(a) For this (§) note, see page 193.

CAP. XIV. *Tertium exemplum Pythii; quid sit dolus malus.*

QUOD si vituperandi sunt, qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem* adhibuerunt? C. Canius, eques Romanus, nec infacetus, et satis literatus, cum se Syracusas otandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos, et ubi se ob-

or liberal it might be in him to put the buyer in possession of all the intelligence on the subject within his power, no *rules of justice* were violated by his withholding it. And *these are*, as Adam Smith observes, (*Theory of Moral Sentiments*, iv. 7,) *the only rules which are precise and accurate. Those of other virtues are vague and indeterminate. The first may be compared to the rules of grammar; the others, to the rules which the critics lay down for the attainment of the sublime; which present us rather with a general idea of the perfection we ought to aim at, than afford us any certain and inflexible directions for acquiring it.* Puffendorf, considering this very question, after deciding that no rule of justice was infringed by the corn-merchant, absolves him also from any offence against the laws of benevolence and humanity. In this opinion, his ingenious commentator, Barbeyrac, fully concurs, and cites the opinion of a strict casuist, La Placette, to the same effect. Had the merchant, on his arrival, found the market forestalled by the importation of corn from some other quarter, or had he, on the voyage, lost ship and cargo, he could not have expected from the Rhodians the reimbursement of his loss. Why then should he not avail himself of a favourable state of the market? All concur, therefore, in deciding that he was not bound, in conscience, to a disclosure. Provided merchants do not impose on us, we may easily dispense them, says Puffendorf, from all acts of pure liberality, v. 3. 2. With regard to the faults of a house on sale, the terms in which the question is stated exclude all charge of direct deception on the part of the seller. What are the grounds, then, on which it is supposed to be incumbent on him to publish its defects? None whatever: As to these, it is the duty of the person proposing to purchase, to make due examination and inquiry. If the seller declines to answer his questions, and information cannot be elsewhere obtained, he need not buy; or may indemnify himself against risk, by offering an inferior price. In all such cases, "caveat emtor."

§ *Nomina.* The application of such epithets may indeed be injurious: he who applies them should therefore be cautious that he is well warranted in their use: and that is, on the present occasion, by no means clear. Cicero loses his temper here, and writes as if he smarted under the recollection of some improvident bargain.

CHAPTER XIV.

* *Orationis vanitatem. Falsehood.*

lectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam* faceret Syracusis, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: et simul ad cœnam hominem in hortos invitavit, in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratus, piscatores ad se convocavit, et ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam, tempore,† venit Canius: opipare a Pythio apparatus convivium: cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque, quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythii, pisces abjiciebantur.

Tum Canius, Quæso, inquit, quid est hoc, Pythi? tantumne [hic] piscium, tantumne cymbarum? Et ille, Quid mirum? inquit; hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium; hic aquatio;‡ hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio, ut venderet. Gravate illo primo. Quid multa? impetrat. Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos.§ Nomina facit,|| ne-

* *Argentariam.* *Negotiationem*, understood. The profession of a money-changer, or banker.

† *Tempore.* *At the time fixed.*

‡ *Hic aquatio.* That there was here fresh water running to sea. St. Ambrose, paraphrasing this passage, says: "Aquatationem illic esse: dulcis aquæ gratia, innumerabiles pisces eo convenire."

§ *Emit instructos.* He purchases the garden with all the stock, as it stood.

|| *Nomina facit.* Is this to be applied to Pythius, the seller; or to Canius, the buyer? On one occasion, Cicero employs the same phrase. Accepi Aviani literas, in quibus hoc erat liberalissimum; nomina se facturum, *cum venisset*, qua, ego vellem, die. Ep. ad Fam. vii. 33. P. Manutius here observes; accepti et expensi ratio in tabulas referebatur: quæ vocabantur nomina, quia debitorum et creditorum nomina scribebantur. *Nomina* igitur *facere*, est id quod Cicero, pro hoc vel illo signo (Avianus was a statuary) *debet*, in tabulas referre—Direct proof therefore appears, that by Cicero himself the phrase is applied to a *creditor*. Again, by Seneca, twice *Nomina* facturi, diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus. De benef. i. 1. Nunquam magis nomina facio, quam cum dono. De vita beata. 24. The correlative term, for the engagement of the debtor, would seem to be, *nomen locare*. See Phædr. i. 16. The name of Canius, repeated in the next line,

gotium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos. Venit ipse mature: scalnum nullum videt: quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullæ, quod sciam, inquit [ille,] sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar, quid accidisset.

Stomachari Canius. Sed quid faceret? Nondum enim Aquillius, collega* et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus: respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo et Pythius, et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi* sunt. Nullum igitur factum eorum potest utile esse, cum sit tot vitiis inquinatum.

confirms this interpretation. Cicero, making use of a technical and then well understood expression, may not have thought it necessary to insert *ille* or *Pythius*. These pronouns are often omitted, as in this chapter, *quid multa? impetrat.* (Sc. *Canius*.) Thus Cæsar (de Bell. Gall. i. 18. 2,) "Quærit (Cæsar) ex solo (Lisco) ea quæ in conventu dixerat. Dicit (Liscus) liberius atque audacius: Eadem secreto ab aliis reperit (Cæsar) esse vera." On these grounds, notwithstanding the dissent of many able critics, *nomina facit*, we may, with the two latest editors, venture to interpret, *Pythius debits Canius for the amount.*

* *Collega.* C. Aquillius Gallus was Cicero's colleague in the prætorship. De Natura D. c. 30, "Inde everriculum malitiarum omnium, indicium de dolo malo, quod C. Aquillius familiaris noster, protulit. Quem dolum idem Aquillius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum."

† *Malitiosi.* On the one side was certainly positive fraud, falsehood, and intentional deception: on the other, certainly want of common prudence and attention. But for Canius's eagerness to close his bargain, and his confidence in the veracity of Pythius, slight inquiry, or even delay, must have undeceived him. But the bargain having been made and completed, what remedy could a court, acting on equitable principles, have afforded to the buyer? It could not be ascertained that he made this purchase on account of the fishing-boats alone. He would only be entitled, therefore, in justice, to an abatement of the price, in proportion to the diminished value of his garden, for the want of these boats to his prospect. And how could that be ascertained?

CAP. XV. *Adversus dolum malum et fraudem Romanorum leges.*

QUOD si Aquilliana definitio vera est, ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est.* Ita nec, ut emat melius, nec ut vendat, quidquam simulabit, aut dissimulabit vir bonus. Atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus (ut tutela, † duodecim tabulis, circumscriptio adolescentium, ‡ lege Lætoria, §) et sine lege, judiciis, in quibus additur EX FIDE BONA. || Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriæ, MELIUS ÆQUIUS, ¶ in fiducia, IN-

CHAPTER XV.

* *Tollenda est.* Both Grotius (lib. iii. c. 1. 7,) and Puffendorf (lib. iv. 1. 9,) commenting on this passage, remark, that Cicero's proscription of all dissimulation is too strongly worded. We are not bound to discover to others all we know or think. It were much to be wished, indeed, that perfect candour and sincerity reigned on earth; but if some constantly practised these virtues, whilst others continue to be influenced by opposite rules, the latter would turn to account the frankness of the simple, to make dupes of them on every occasion. Within certain bounds, reserve, and even dissimulation, are therefore necessary in self-defence. Barbeyrac justifies Cicero by the restriction of this rule, forbidding the practice of simulation, or dissimulation, to such as is accompanied by injustice and breach of faith.

† *Tutela.* Bishop Pearce would read *tutelex*; *dolus malus*, being understood: possibly *male administrata*, or words of similar import, are implied.

‡ *Circumscriptio adolescentium.* *Defrauding young men*: circumscriptio semper crimen, sub specie legis, involvit: quod apparet in illa legitimum est; quod latet, insidiosum. Senec. in Excerpt. vi. contr. 3.

§ *Lætoria.* This law, A. U. C. 490, passed at the instance of C. Lætorius Plancianus, tribune of the people. It is noticed also, De N. D. iii. 30.

|| *Et sine lege—bona.* And without the warrant of any express law, by those judgments in the prætor's court, which are named from the words technically employed, "ex fide bona." By the equitable jurisdiction of this court, relief was given against fraud; and the due performance of trusts, enforced.

¶ *Melius æquius.* This formula was in use in suits and arbitrations in other cases besides matrimonial disputes. Pro Rosc. c. 4. These terms, extracted from their context and construction, to give appellations to law proceedings, are as difficult to translate, as our own legal terms would be; such as *Habeas Corpus*, *Fieri Facias*, *Certiorari*, &c.; but a short explanation of the proceedings before a Roman tribunal may throw some light on this passage, and on others in subsequent chapters. The prætor was the presiding

TER BONOS BENE AGIER. Quid ergo? aut in eo, quod MELIUS ÆQUIUS, potest ulla pars inesse fraudis? aut cum dicitur, INTER BONOS BENE AGIER, quidquam agi dolose, aut malitiose potest? Dolus autem malus in simulatione, ut ait Aquilius, continetur. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Non illicitatorem venditor, non qui contra liceatur, emtor apponet.* Uterque, si ad eloquendum venerit, non plus, quam semel, eloquetur.

Q. quidem Scævola,† P. F. cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emtor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset; dixit, se pluris æstimare: addidit centum millia. Nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget; sapientis, negant: ut si minoris, quam potuisset, vendidisset.‡ Hæc igitur est illa perniciēs,§ quod alios

judge who pronounced, expounded, and applied the law; the judges, or arbitri, were private persons, named in each suit under the prætor's authority, to decide on the fact. In some degree, their office resembled that which is devolved on our own juries; the precise fact to be found by their verdict, as it may be called, was either prescribed by the prætor to the judges, and the suit was in that case termed *judicium stricti juris*; or they were directed to exercise their discretion on the quantum of debt or damages: they were then termed *arbitri*; and the suit, *judicium ex æquo et bono*. In committing to the arbiter or arbitri, the execution of their duty, certain formulæ appear to have been employed by the prætor. *Melius æquius*; how much was, in truth and justice, due to the plaintiff. *Ut inter bonos bene agier oportet*; in fiduciary contracts, to compel the defendant to observe the conduct which became a man of probity. Too much importance seems attached by Cicero to these formulæ: the laws of Rome, it may be supposed, as the laws of every other country, aimed at suppressing knavery: but no particular illustration is given, nor does any particular efficacy appear, by a few words detached from one of their law processes.

* *Apponet*. Neither the seller nor the buyer should employ fictitious bidders; the one, to increase the price, the other, by commencing with, and continuing biddings much inferior to the value of the object sold, to reduce it.

† *Scævola*. The interlocutor in the dialogue de Amicitia, named in l. 1. 32.

‡ *Vendidisset* Grævius, it seems, professed his inability to comprehend this paragraph; which however seems sufficiently intelligible. *Nobody will deny that this was the act of a worthy man: that it was the act of a wise man, they do deny: just as much as if he had sold, at a lower price than he might have obtained.*

§ *Pernicies*. That baneful opinion.

bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius “Nequicquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret.”* Vere id quidem, si, quid esset *prodesse*, mihi cum Ennio conveniret.†

Hecatonem quidem Rhodium, discipulum Panætii, video in iis libris, quos de officiis scripsit Q. Tuberoni,‡ dicere; Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem; habere rationem rei familiaris.§ Neque enim solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque reipublicæ. Singulorum enim facultates et copiæ, divitiæ sunt civitatis. Huic|| Scævola factum, de quo paulo ante dixi, placere nullo modo potest. Etenim qui omnino tantum se negat facturum compendii sui causa, quod non liceat, huic nec laus magna tribuenda, nec gratia est.

Sed sive simulatio et dissimulatio dolus malus est; perpauca res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur: sive vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini; certe istum virum bonum non facile reperimus. Nunquam igitur est utile peccare, quia semper est turpe: et quia semper est honestum virum bonum esse, semper est utile.

* *Ennius*. Cited also; Ep. ad Fam. vii. 6. The words of Ennius appear to be, Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit—nequidquam sapit. Column. Enn. Fragm. 210. In a letter to Cæsar, xii. 15, Cicero cites a line from Euripides to the same effect, which is not found in any tragedy of that author now remaining. *Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός.*

† *Conveniret*. Tusc. Q. iii. 19, “Conveniret mihi cum Epicuro.” Cicero suspects, that in Ennius’s acceptance of *prodesse*, worldly gain is alone in view, whilst in his own, the *utile* and the *honestum* are inseparable.

‡ *Tuberoni*. Q. Ælius Tubero, son of a daughter of L. Æmilius Paullus: prætor A. U. C. 630. He was a Stoic, and is often named by Cicero. Læl. c. 11. Brut. c. 31: pro Muræna 36, and elsewhere.

§ *Habere—familiaris*: to pay due attention to his own interest.

|| *Huic*. Scævola’s conduct would not have met the approbation of Hecato.

CAP. XVI. *Quid jure Romano sancitum sit ut bona fide inter privatos contrahatur: exempla ad id.*

Ac de jure quidem prædiorum sancitum apud nos est jure civili, ut in his vendendis vitia dicerentur, quæ nota essent venditori. Nam, cum ex duodecim, satis esset ea præstari,* quæ essent lingua nuncupata, quæ qui infitiatus esset, dupli pœnam subiret: a jureconsultis etiam reticentiæ pœna† est constituta. Quidquid enim esset in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.

Ut, cum in arce‡ augurium augures acturi essent, jussissentque Ti. Claudium Centumalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis,§ Claudius proscripsit insulam,|| vendidit; emit P. Calpurnius Lanarius.¶ Huic ab auguribus illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius cum demolitus esset, cognossetque, Claudium ædes postea proscripsisse, quam esset ab auguribus demoliri jussus, arbitrum illum adegit,** QUIDQUID SIBI DARE

CHAPTER XVI.

* *Præstari.* *Vitia præstare*, is when the seller declares faults or defects existing in the object sold, and allows for them an abatement in the price.

† *Reticentiæ pœna.* This is the compensation due to the buyer for faults in the object sold, which were not disclosed at the time of sale, but which have been since disclosed.—*To this was added by the lawyers, a specific penalty on concealment.*

‡ *Arce.* The citadel of the capital was the appropriate spot for the observation of augury. Val. Max. viii. 2.

§ *Officeret auspiciis.* The house was so elevated as to intercept, in part, the augurs' view of the horizon, and prevent their observation of birds in their ascending or descending flight.

|| *Insulam.* This term was applied to a dwelling not joined to another by party-walls: an insulated house.

¶ *P. Calpurnius Lanarius.* Plutarch, in the life of Sertorius, speaks of the death of one of his officers, Livius Salinator. This was effected by the stratagem Καλπουρνίου τινός, ἐπίκλησιν Λαναρίου; perhaps this very purchaser.

** *Adegit.* Here are various readings: *arbitrium illud; arbitrium ad illum; arbitrium illum.* Bishop Pearce proposes to read *illi.* The remedy sought was, by proceeding in the prætor's court, to obtain a reference and inquiry what abatement should be made of the price, *ex fide bona* (in conscience and fair dealing) to be

FACERE OPORTERET EX FIDE BONA. M. Cato sententiam dixit, hujus nostri Catonis* pater. Ut enim ceteri ex patribus, sic hic, quid lumen illud progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronuntiavit, cum in venundando rem eam scisset, et non pronuntiasset, emptori damnum præstari,† oportere. Ergo ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori vitium, quod nosset venditor.

Quod si recte judicavit, non recte frumentarius ille,‡ non recte ædium pestilentium venditor tacuit. Sed hujusmodi reticentiæ jure civili omnes comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster,§ C. Sergio Oratæ|| vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis

refunded to Calpurnius, on account of the concealment by Claudius of this important circumstance. The phrase in the text has been before employed by Cicero. "Cur non arbitrum, pro socio aegeris Q. Roscium, quæro." Pro Rosc. 9.

* *Catonis*: of Utica.

† *Damnum præstari*: that the loss should be compensated.

‡ *Frumentarius ille*. The analogy is by no means perfect between the cases. Claudius withheld from the buyer information respecting that very house, by which its utility and its value were materially reduced. In fact, the house which he sold, was *not* the identical house, as he well knew, which in a short period would be standing on that spot: it must be replaced by a house less lofty, and which would cost to the buyer no small sum to unroof, reduce, and alter. This information related therefore, to the *house itself*, which he sold and warranted. Not so with regard to the corn sold at Rhodes: the *quality* of the *corn* was not there in question: the intelligence, which the merchant withheld, did *not* relate to that corn, but was completely extrinsic. Though he might be bound to satisfy the buyer's inquiry, by giving a true account of that corn, he was not bound to furnish, unasked, an account of all other corn. Had he stated his corn to be merchantable, and of a given weight, and the buyer had found the corn on delivery to be of less weight, and full of weevils, then the comparison would have been more just with a house, which, as the proprietor knew, must be reduced in height; and which he sold, without revealing that circumstance.

§ *Noster*. The grandfather of Cicero married a sister of M. Gratidius, De Legg. iii. 16, whose son or grandson was adopted by M. Marius, brother of C. Marius, the opponent of Sylla; and consequently, assumed the names of Marius Gratidianus. De Orat. i. 39. Brut. 45.

|| *Oratæ*. In a quotation from Cicero's Hortensius, preserved by St. Augustine, C. Sergius Orata is called, "Homo ditissimus et delitiosissimus." He is also named, De Orat. i. 39.

ante annis emerat. Eæ [Sergio] serviebant : * sed hoc in mancipio† Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus,‡ Gravidianum defendebat Antonius.§ Jus Crassus urgebat, quod vitii venditor non dixisset sciens ; id oportere præstari : æquitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas|| ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici : nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo jure esset, teneret. Quorsus hæc ? ut illud intelligas, non placuisse majoribus nostris astutos.¶

CAP. XVII. *Philosophiæ et jurisprudentiæ differentia in tollendis astutiis : præcepta, ne quid fiat fallaciter.*

SED aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges, quatenus manu tenere possunt ; ** philosophi,

* *Serviebant.* A term of the civil law still in use in the countries which have adopted that law. In cases where the lands, or house of A. are subject by custom or compact, to some particular burden or duty in favour of the lands of B. they are said to owe a *servitude* ; as in case of a right of way, an obligation to carry off water, or any other charge not claimed by other individuals. Bishop Pearce suggests, that the word, *Sergio*, may here be an interpolation ; as it is not very likely that a burden of this kind, incumbent on the house of Sergius, should be due to Sergius himself. The Heusingers concur in this opinion, and add that, if Cicero's expression had been that this servitude was due to Sergius, it would not so speedily after have been said that it was not unknown to him. Cicero would rather have assigned that circumstance, if true, as a convincing reason, that Sergius must have been acquainted with the fact. Though it is possible that *Sergio* may be a mistake for some other name, yet it appears more probable that this word has been introduced by transcribers. Without injury to the sense, it may be altogether omitted. *Eæ serviebant*, would sufficiently have expressed the obligation ; as De Legg. Agrar. iii. 2, "Capite hoc omnia quæ serviebant, non servient."

† *In mancipio : on the sale.* Accipitur (mancipium) pro ipsa venditione, seu mancipatione. Facc.

‡ *Crassus.* Lib. i. 30.

§ *Antonius.* Lib. ii. 14.

|| *Qui illas.* Ernesti thinks this should be *cui illas*.

¶ *Astutos.* Many MSS. have *astus* : an ancient edition, *astutias*.

CHAPTER XVII.

** *Quatenus—possunt.* Those frauds only, which can be rendered evident by proof, are cognizable by civil tribunals. "The

quatenus ratione et intelligentia. Ratio ergo postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Suntne* igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus† non sis, nec agiturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. Sic‡ tu ædes proscribas, tabulam (tamquam plagas) ponas, domum propter vitia vendas, in eam aliquis incurrat imprudens.§

Hoc quamquam video propter depravationem consuetudinis neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili;|| tamen naturæ lege sancitum est.¶ Societas est enim (quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissime quidem quæ pateat, hominum inter homines; interior eorum, qui ejusdem gentis sunt; prior eorum, qui ejusdem civitatis. Itaque majores aliud jus gentium, aliud jus

science of morality is rather to be considered as a direction to the parties, who are conscious of their own thoughts, and motives, and designs, than as a guide to the judge, whose arbitration must proceed on rules of evidence and maxims of credibility, with which the moralist has no concern." Paley's *El. of Mor. and Pol. Philos.* vi. 8.

* *Suntne.* Frequent instances are found of *ne* used in the sense of *nonne*, or *annon*, as an interrogative affirmative, not negative. De Fin. v. 18, "Videmusne ut pueri ne verberibus quidem a contemplantis rebus perquirendisque deterreantur?" Pro Rosc. "Videtisne ut eos agitent furæ?" Verr. ii. 46, "Estne Sthenius is, qui omnes honores domi suæ—gessit?" Mil. 14, *potuitne*. five times repeated, for *nonne potuit?* Liv. xxiii. 9, "torpescitne in amentia illa?" Plaut. Pseud. i. 3. 118, "Juravistin' te illam nulli venditurum nisi mihi," and in several other instances in that writer. In commenting on a similar passage occurring De Orat. ii. 15, which Ernesti had thought corrupted, and had altered, "videtisne ulla esse præcepta," Scheller, p. 17, asserts "non aliquot locis," as Ernesti had maintained, "sed fere innumerabilibus priscorum locis, *ne pro nonne*, occurrit."

† *Excitaturus.* Ernesti here introduces the word *feras*, which is warranted by one MS. and approved by Bishop Pearce. Several other MSS. read *bestiam*. *Excitare* was a term in hunting, used for starting the game, to which perhaps no accusative following was required. In this instance, none is found in the MSS. of best authority.

‡ *Sic* : in like manner.

§ *Imprudens.* The Heusingers here place a note of interrogation; erroneously, it would seem.

|| *Jure civili.* The *leges*, or *leges scriptæ*, are distinguished from the *jus civile*, as our statute, from common law.

¶ *Tamen—sancitum est.* Yet it is forbidden by the moral law

civile esse voluerunt. Quod civile, non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus; umbra et imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur. Feruntur enim ex optimis naturæ et veritatis exemplis. Nam quanti verba illa, UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAUDATUSQUE SIEM. Quam illa aurea! INTER BONOS BENE AGIER [OPORTET] ET SINE FRAUDATIONE.

Sed, qui sint boni, et quid sit, bene agi, magna quæstio est. Q. quidem Scævola, pontifex maximus, summam vim dicebat esse in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, EX FIDE BONA;* fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas contineretur:† in his magni esse judicis statuere (præsertim cum in plerisque essent judicia contraria)‡ quid quemque cuique præstare oporteret.

Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eaque malitia, quæ vult illa quidem videri, se esse prudentiam; sed abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum et malorum: malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis ponit ante. Nec vero in prædiis solum jus civile, ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat; sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Qui

* *Ex fide bona.* That all arbitrations on contracts containing expressly the formula *Ex fide bona*, demanded extraordinary attention. As the decision of these questions depended, not on written law, but on the discretion of the arbitri, or judges, when these terms were employed, great power was intrusted to them.

† *Quibus—contineretur:* which are the very bands of society.

‡ *Judicia contraria.* According to the forms of proceeding in the Roman law-courts, in case of the non-performance of ordinary contracts, each party could maintain against the other a direct action for damages: in certain suits, however, of a peculiar nature, as for instance between guardian and ward, a direct action lay on behalf of the ward against the guardian; but if the latter had any claim in that capacity on his ward, he was obliged to resort to an *actio contraria*, or cross bill.

enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto ædiliū. Heredum* alia causa est.

Ex quo intelligitur, quoniam juris, natura, fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Nec ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ:† ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?

CAP. XVIII. *Viri boni esse, nihil lucri accipere, cui turpitudinis quid insit, etiamsi sine culpa sua id fieri possit.*

PERICLITEMUR, si placet, in iis quidem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicariis, veneficiis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est; qui non verbis sunt et disputatione philosophorum, sed vinclis et carcere fatigandi; sed hæc consideremus, quæ faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia Romam attulerunt. Quo facilius obtinerent, scripserunt heredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, homines ejusdem ætatis potentissimos: qui, cum illud falsum esse suspicerentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt.‡ Quid ergo?

* *Heredum.* The faults, in slaves belonging to persons lately deceased, must be presumed to be unknown to those who succeeded to their property; the latter were, therefore, not bound by a presumed warranty against such faults, to the purchasers.

† *In—intelligentiæ: knavery under the mask of prudence.*

CHAPTER XVIII.

‡ *Repudiaverunt.* In concluding the last chapter, Cicero intimates his apprehension that there are few who would not commit an act of knavery where there was a certainty of avoiding detection and punishment: and here certainly an instance is adduced of such conduct in persons of high rank. In our own times and country, it may be hoped that there are as few, *qui habentur boni*, that would seek to establish a will which they were intimately persuaded was

satin' hoc est, ut non deliquisse videantur? Mihi quidem non videtur: quamquam alterum vivum amavi, alterum* non odi mortuum.

Sed cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum† ferre voluisset, eumque fecisset heredem (hunc dico patronum agri Piceni et Sabini: O turpem notam temporum illorum!‡ num erat æquum, principes cives rem habere, ad Satrium nihil præter nomen pervenire? Etenim si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat, cum potest, injuste facit, ut in primo libro§ disse- rui; qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adjuvat injuriam? Mihi quidem etiam veræ hereditates|| non honestæ videntur, si sunt malitiosis blanditiis, officiorum non veritate, sed simulatione, quæ- sitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso. Nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogi-

a forgery, because it contained a bequest in their own favour: and, at least, we have the satisfaction of knowing that however high the character, the rank, or the authority of such legatees, the insertion of a legacy in their favour would not in the least contribute to the establishment of a forged will.

* *Alterum.* Hortensius was Cicero's friend: Crassus, not. Paradox. 6.

† *Nomen suum.* After this adoption by his maternal uncle, he was named L. Minucius Basilus: he served under Cæsar in the Gallic war, but appears to have been one of the persons engaged in the conspiracy against his life: in the year following, Basilus was murdered by his own slaves. De Bell. Gall. vi. 27. Appian. De Bell. Civ. ii. and iii.

‡ *Temporum illorum.* In this indignant exclamation, Cicero alludes to a measure to which provinces even in the heart of Italy were, during the civil wars, compelled to resort, in order to shield themselves from plunder and oppression. They solicited Cæsar's adherents, persons probably not always of pure character, to become their patrons. Phil. ii. 41, "Quid eg oillas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos, patronus adoptassent? Magno quidem judicio, studio, benevolentia, caritate, non ut te, ut Basilum, vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo illorem cliens esse."

§ *Primo libro.* Ch. vii.

|| *Veræ hereditates.* Bequests which are contained in wills not forged.

tans. Est istuc quidem honestum, verum hoc expedit; res a natura copulatas audebit errore divellere; qui fons est fraudium,* maleficiorum, scelerum omnium.

CAP. XIX. *Viri boni notio: quam difficile vir bonus reperitur.*

ITAQUE si vir bonus habeat hanc vim, si digitis concrepuerit,† possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum. At dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret.‡ Homo autem justus, isque quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, qui sit vir bonus, nescire fateatur.

At vero si quis voluerit animi sui complicatam notionem evolvere,§ jam se ipse doceat, eum virum bonum

* *Fraudium.* This genitive is found in most MSS.

CHAPTER XIX.

† *Digitis concrepuit.* A proverbial mode of expressing an action easily and instantly accomplished; *in a snap of the fingers.*

‡ *Saltaret.* Dancing was not among the amusements of people of rank in Rome: to dance in public, must have been highly indecorous in a man of the station of Crassus: but to possess this secret, it is said, he would have danced in the very forum; i. e. there is nothing disgraceful which he would have heeded doing. Facciolati interprets.—*he would* (according to the vulgar English phrase) *have jumped for joy.* This interpretation is not so probable.

§ *Animi evolvere.* From the Platonic school, Cicero seems to have imbibed a persuasion, not merely that ideas are innate, but that they were acquired during a pre-existent state of the mind, or soul. “Habet primum (se. *animus hominis*) memoriam et eam infinitam, rerum innumerabilium quam quidem Plato recordationem esse vult superioris vitæ. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit quam recordari. Nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas, et quasi consignatas in animis, notiones, quas *ἐννοίας* vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset.” Tusc. Q. i. 24. He states also, Tusc. Q. iv. c. 24, “notionem quam habemus omnes de fortitudine, tectam et involutam.” In the present passage he appears to speak in the same tone, of developing the notion we have, though indistinctly, in our minds, of perfection of moral character.

esse, qui prosit, quibus possit; noceat nemini, nisi laccessitus injuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi veneno* perficiat, ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat? Non igitur faciat, dixerit quis, quod utile sit, quod expediat? Immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit injustum: hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit.

Fimbriam consularem† audiebam de patre nostro puer, judicem M. Lutatio Pinthiæ fuisse, equiti Romano sane honesto, cum is sponsionem fecisset, NI VIR BONUS ESSET:‡ itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam judicaturum; ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra judicasset; aut statuisset videretur, virum bonum esse aliquem, cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quidquam esse utile, quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo§ facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. Hæc non turpe est, dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod contritum est vetustate proverbium: cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices.¶

* *Qui—veneno.* As if by some magic art.

† *Fimbriam consularem.* Lucius Fimbria was colleague with C. Marius, in his second consulship, A. U. C. 649.

‡ *Sponsionem—esset.* In the progress of a Roman suit at law, an engagement was occasionally entered into, or a deposit of money made by one of the litigant parties, which he agreed should be forfeited in case the other party could establish, or he himself could not establish some certain point, by proof. On the present occasion, it would seem that Pinthia, whose character perhaps had been impugned, by the terms of this *sponsio*, agreed to forfeit a certain sum, in case it could be proved that he was not a man of integrity.

§ *Non modo.* For non modo non.

¶ *Tenebris mices.* A sort of game played by two persons, the winning of which depended on guessing rightly, at the instant, the number of fingers suddenly extended by both persons at once. It is said to be yet in use in Italy, under the name of *la Mora*; and in Tyrol, under the name of *Fingerspiel*. This amusement is also in use in

Hoc quam habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possis nullo refellente* obtinere?

Videsne,† hoc proverbio neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic, quem paulo ante fingebam, digitorum percussione, hereditates omnium posse convertere?‡ Ut enim, quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest; sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, adversante et repugnante natura.

CAP. XX. *Nunquam esse causam peccandi.*

AT enim, cum permagna præmia sunt,§ est causa peccandi. C. Marius cum a spe consulatus longe abesset, et jam septimum annum post præturam jaceret, neque petiturus unquam consulatum videretur; Q. Metellum, cujus legatus erat, summum virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset, apud

China. "Their fingers are all that are required to play the game of *Isoimoi*; of which the lower class of people is particularly fond. Two persons sitting directly opposite to each other, raise their hands at the same moment, when each calls out the number he guesses to be the sum of the fingers expanded by himself and his adversary. At this childish game, two persons will sometimes play to a very late hour." Barrow's Travels in China, p. 157.

* *Nullo refellente.* When no proof could arise of your dishonesty.

† *Videsne.* For *annon vides?* see ch. xvii. note 2.

‡ *Convertere.* The greater number of MSS. here give *convertere*; which Ernesti thinks may be adopted and understood with an ellipse of *Domum suam*. Similar words are supplied in another passage. In Verr. iii. 76, "Pecuniam publicam, domum tuam, convertisse." Cicero has also made use of the phrase, Ep. xii. 26, "Hereditatem avertere." Scheller, p. 234, thinks the ellipse, *domum suam*; *in usum suum*; or *ad se*, (which must be understood with *convertere*, in order to give it the requisite meaning,) is much too violent; and that by imagining ellipses in this mode, we may give to words any signification we please. The error in transcription, from *convertere*, to *convertere*, a verb of much more frequent occurrence, was easily made. The metaphor is taken from sweeping with a broom; as in Plaut. Stich. ii. 2. 64, "Reverram, Hercle, hoc quod converri modo."

CHAPTER XX.

§ *Sunt.* *Dixerit quis*, as in the preceding chapter, is here to be repeated.

populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere: * si se consulem fecissent, brevi tempore, aut vivum, aut mortuum Jugurtham se in potestatem populi Romani daturum. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide justitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cujus legatus, et a quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit.

ipse Postumius, qui dedebatur, suasor et auctor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus, qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam L. Furius, S. Atilius ex senatus consulto ferebant: qua accepta, est hostibus deditus.* Honestius hic, quam Q. Pompeius, quo, cum in eadem causa esset,† deprecante, accepta lex non est. Hic ea, quæ videbatur utilitas, plus valuit, quam honestas: apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est.

At non debuit‡ ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti viro vis possit adhiberi.§ Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captivis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis rediti essent. Ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patriæ non utile putavit, idcirco sibi honestum et sentire illa, et pati credidit. Nam quod aiunt, quod valde utile fit, id fieri honestum: immo vero esse,|| non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec quia utile, honestum est; sed quia honestum, utile.¶ Quare

* *Hostibus deditus.* C. Hostilius Mancinus; consul, A. U. C. 616. When surrendered, the Numantians also declined to receive him.

† *Pompeius—esset.* Consul, A. U. C. 612; he also concluded with the Numantines a treaty, with which the Romans were dissatisfied, (Vellei. ii. 1. 4. Flor. ii. 18,) but on this occasion, they thought fit not to go through the ceremony of tendering the person of the consul.

‡ *At non debuit.* The case of Regulus is here resumed: the interlocutor, who condemns his return to Carthage, proceeds in his argument.

§ *Possit adhiberi.* Cicero seems not aware that this argument applies as strongly to a man in the power of pirates.

|| *Immo vero esse.* Heuman reads here, *esse debet.* Bishop Pearce thinks *ego aio id*, is understood: Wolf, *dicendum est*; and J. M. Heusinger, *aiant*, or *dicere volunt.*

¶ *Quia honestum utile.* The perplexity of ancient moralists between the *utile* and *honestum* arises in some degree from their

ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hęc exemplo aut laudabilius,* aut præstantius.

CAP. XXXI. *Antiquis nullum jurejurando arctius vinculum.*

SED EX tota hac laude Reguli unum illud est admiratione dignum, quod captivos retinendos censuit. Nam quod rediit, nobis nunc mirabile† videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII. tabulis, indicant sacratæ,‡ indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones§ animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando, judicabant.

L. Manlio, A. F. cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset et ruri habitare jussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, ne-

not adverting to the distinction between particular and general consequences, as explained by Paley ii. 7 and 8.

* *Laudabilius.* *Aliud*, understood.

CHAPTER XXXI.

† *Nunc mirabile.* The great majority of MSS. have *non* for *nunc*; which reading Bishop Pearce prefers. One MS. has *haud*. Had Cicero designed to make the sentence negative, J. M. Heusinger thinks that he would have inserted *mihi*, not *nobis*. This is not quite conclusive: their general conviction of the worth of the man, and the purity of the times, might be said to prevent their viewing with wonder this conduct of Regulus.

‡ *Socratæ.* "Leges sacratæ sunt, quibus sanctum est, ut qui adversus eas fecerit, sacer alicui Deo sit, cum familia et pecunia. Ita Festus." Facc.

§ *Notiones.* Several early editions, particularly the Venetian of 1498, have *notationes*. But the present reading is probably correct. The censorial power was supplementary to the defective jurisprudence of Rome: persons who had escaped well-merited punishment for perjury, as well as other crimes, might occasionally be branded with disgrace by the censor.

gotium exhiberi patri : accurrisse Roman et cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum, qui illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium destrinxit, juravitque, se illum statim interfectorum, nisi jusjurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. Juravit hoc, coactus terrore, Pomponius : rem ad populum detulit : docuit, cur sibi causa desistere necesse esset : Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis jusjurandum valebat.* Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto,† cognomen invenit :‡ cujus tertio consulatu Latini ad Vesperim§ fusi et fugati. Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.||

CAP. XXXII. *Exemplum captivorum ab Hannibale ad senatum missorum.*

SED et laudandus Regulus in conservando jurejurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam juratos ad senatum misit Hannibal, in castra redituros ea, quorum erant potiti Pœni, nisi de redimendis cap-

* *Tantum—valebat.* No reasons are here stated why a promissory oath, *vi et metu extortum*, to a pirate, is invalid ; but valid, if given to an assassin. T. Manlius was as much an aggressor as the pirate ; and the oath imposed by him, certainly not more binding : but if it were, it does not appear why the accusation of his brutal and most unpopular father might not have devolved on some other person. T. Liv. vii. 4, “ Ante omnia, invisum ipsum ingenium atrox, cognomenque *imperiosi*, grave liberæ civitati, *ab ostentatione sævitæ* adscitum.

† *Detracto.* In some early editions, *detracta*. Torquis is found occasionally in the Feminine.

‡ T. Liv. vii. 10.

§ *Vesperim.* The name of a river, and also of a town in Campania, near the present Vesuvius.

|| *In filium.* Whom he beheaded for engaging in combat contrary to his order. T. Liv. viii. 7. This sentence, and the preceding, having no relation to the subject, are pronounced by Ernesti to be spurious.

tivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. [Nam] Polybius,* bonus auctor in primis [scribit] ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata: unum [ex decem] qui paulo post, quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse jurejurando interpretabatur.† Non recte: fraus edim astringit,‡ non dissolvit perjurium. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus, ut ille veterator et callidus vinctus ad Hannibalem deceretur.

Sed illud maximum: octo hominum millia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictis in castris fuissent a Paulo et a Varonne consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri posset: ut esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis scribit idem, quod senatus populusque Romanus, rebus afflictis, tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea, quæ videntur utilia, vincuntur. Acilius autem,§ qui Græce scripsit historiam, plures ait

CHAPTER XXXII.

* *Polybius*. Lib. vi. 56, and A. Gell. vii. 18. A sentence remarked below, note 4, as having apparently been removed from its proper position, should perhaps precede the present.

† *Interpretabatur*. The authorities, as Livy relates, widely differ as to these ten captives; according to some, not one returned: de iis dedendis magna contentione in senatu esse; victosque, paucisque sententiis, qui dedendos censuerint. Mirari magis adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit, discernere queas, xxii. 61.

‡ *Astringit*. In several MSS. *destringit*: in others *distringit* and *adstringit*. The meaning is sufficiently evident, that *by fraud, perjury is not evaded, but rendered more criminal*. Ernesti includes, within brackets, *perjuriū*; which he deems a gloss from the margin; and thinks the ellipse *jusjurandum*. J. M. Heusinger, indeed, suspects the whole passage from *non recte* to *perjuriū*.

§ *Acilius autem*. Here is an evident want of connexion: by some means this paragraph is out of place: either it should be introduced before the reference to Polybius, or follow *ad Hannibalem duceretur*: unless indeed the sentences from *sed illum maximum*,

fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eosque a censoribus, omnibus ignominiiis notatos.

Sit jam hujus loci finis. Perspicuum est enim, ea, quæ timido animo, humili, demisso, fractoque, fiant (quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod sibi opus esse videretur, non quod reipublicæ, censuisset, aut domi remanere voluisset) non esse utilia, quia sunt flagitiosa, fœda, turpia.

CAP. XXXIII. *De Temperantia.*

RESTAT quarta* pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia, continetur. Potest igitur quidquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Anniceri† [philosophi nominati,‡] omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis: quibus obsoletis§ floret Epicurus, ejusdem fere adjutor auctorque sententiæ. Cum his, viris equisque,|| ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.

to—*vincuntur*, be an interpolation, as has been thought, and seems not improbable. Acilius is named by Livy, xxv. 39, and xxv. 14. He is perhaps the same person whom Plutarch names in the life of the elder Cato. This historical work has perished. As Polybius was so recently cited, it is not likely that Cicero should now notice the circumstance, that Acilius wrote *in Greek*.

CHAPTER XXXIII.

* *Quarta*. The fourth division of duties remains; these derive their origin from temperance.

† *Annicerii*. Philosophers who take their name from Anniceris, 'Αννίκερις, the fifth instructor in succession from Aristippus, in the Cyrenaic school. He redeemed Plato, who had been sold into slavery, from the tyrant Dionysius.

‡ *Philosophi nominati*. These two words, though found in all MSS., are probably spurious.

§ *Obsoletis*. When the fame of Epicurus was fully established, less was heard of the Cyrenaic school. He is called *ejusdem fere adjutor sententiæ*; as their tenets were not precisely the same. Diog. Laert. ii. 89.

|| *Viris equisque*. *By every effort*. Dubitandum non est, quin equis viris—Ep. Fam. ix. 7.—ventis remis. xii. 25.

Nam si non modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro* scriptum est, continetur: certe hæc utilitas, et quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? An, ut conquirat undique suavitates? Quam miser virtutis famulatus, servientis voluptati! Quod autem munus prudentiæ? An legere intelligenter voluptates? Fac nihil isto esse jucundius; quid cogitari potest turpius? Jam, qui dolorem, summum malum dicat, apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contentio? Quamvis enim multis locis dicat Epicurus, sicuti dicit, satis fortiter, de dolore; tamen non id spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona, voluptate terminaverit,† mala, dolore: ut, si illum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis; sed aqua hæret,‡ ut aiunt. Nam qui potest temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica; libidines autem consecatrices voluptatis.

Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo possunt, non incallide tergiversantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoquo aliquo modo expediunt, cum tradunt, rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractio finiri. Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesque eæ virtutes, quæ in communitate cernuntur

* *Metrodoro.* A disciple of Epicurus, named by Laertius, x. 23. He died seven years before his master.

† *Terminaverit.* "Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem." De Fin. i. 11.

‡ *Aqua hæret.* A metaphor taken possibly either from the clepsydra, an instrument which measured the lapse of time by the passage of water through a narrow funnel; or from a gutter for the conveyance of water.

et in societate generis humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia: si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur.

CAP. XXXIV. *Epilogus.*

CONFERAMUS igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem et Dinomachum* judico, qui se diremturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulavissent. Non recipit istam conjunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec vero finis bonorum, [et malorum] qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri et temperari potest. Sed de hoc (magna enim res est) alio loco;† pluribus. Nunc ad propositum.

Quemadmodum igitur, si quando ea, quæ videtur utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam voluptas habere dicetur, nulla potest esse ei cum honestate conjunctio. Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse non nihil, utilitatis certe nihil‡ habebit.

Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia, magnum; sed perinde erit, ut acceperis.§ Quamquam hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios, tanquam hospites, erunt recipiendi. Sed ut, si ipse

CHAPTER XXXIV.

* *Et Dinomachum.* These philosophers of the Cyrenaic school united the Stoic and Epicurean tenets, by placing the summum bonum in virtue joined with pleasure.

† *Alio loco.* In his treatise, *De Finibus*.

‡ *Nihil.* Imitatrix boni, voluptas—Legg. i. 17.


§ *Acceperis.*

Atque hæc perinde sunt ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona; qui non utitur recte, mala.

Ter. Heaut. i. 2. 20

venissem Athenas (quod quidem esset factum, nisi me e medio cursu, clara voce, patria revocasset) aliquando me quoque audires: sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox et mea, tribues his temporis quantum poteris: poteris autem, quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere, tum et præsens tecum propediem, ut spero,* et dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero, tibi que persuade, esse te quidem mihi carissimum; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis præceptisque lætabere.

* *Spero*. This hope was never realized: in the proscription of the following year, the accomplished author fell a victim.



M. TULLII CICERONIS
C A T O M A J O R,
SEU
D E S E N E C T U T E,
AD
T. POMPONIUM ATTICUM.

I. "O TITE ! si quid ego adjuro, curamve levasso,
Quæ nunc te coquit, et versat in pectore fixa,
Ecquid erit pretii?"

Licet enim versibus iisdem mihi affari te, Attice, quibus affatur
Flamminum

"Ille vir, haud magna cum re, sed plenu' fidei;"

quamquam certo scio, non, ut Flamminum,

"Sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque."

Novi enim moderationem animi tui, et æquitatem; teque non cog-
nomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam,
intelligo. Et tamen suspicor, iisdem rebus te, quibus meipsum,
interdum gravius commoveri; quarum consolatio et major est, et
in aliud tempus differenda. Nunc autem mihi visum est de se-
nectute aliquid ad te conscribere. Hoc enim onere, quod mihi
tecum commune est, aut jam urgentis aut certe adventantis senec-
tutis, et te et meipsum levare volo: etsi te quidem id modice ac
sapienter (sicut omnia) et ferre et laturum esse, certo scio. Sed
mihi, cum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas dignus
eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. Mihi qui

dem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam et jucundam senectutem. Nunquam igitur satis laudari digne poterit philosophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. Sed de cæteris et diximus multa, et sæpe dicemus: hunc librum de senectute ad te misimus.

Omnem autem sermonem tribuimus, non Tithono, ut Aristo Chius (ne parum esset auctoritatis in fabula), sed M. Catoni seni, quo majorem auctoritatem haberet oratio; apud quem Lælium et Scipionem facimus admirantes, quod is tam facile senectutem ferat, iisque eum respondentem. Qui si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito Græcis literis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura? jam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

II. *Scipio.* Sæpenumero admirari soleo cum hoc C. Lælio, tum cæterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel maxime, quod nunquam senectutem tibi gravem esse senserim; quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere. *Cato.* Rem haud sane difficilem, Scipio at Læli, admirari videmini. Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateque vivendum, iis omnis gravis est ætas: qui autem omnia bona a se ipsis petunt, iis nihil potest malum videri, quod naturæ necessitas afferat. Quo in genere in primis est senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant: eandem accusant adepti: tanta est inconstantia stultitiæ, atque perversitas.

Obrepere aiunt eam citius quam putassent. Primum, quis coegit eos falsum putare? qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia, obrepat? Deinde, quæ minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam octogesimum? Præterita enim ætas, quamvis longa, cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.

Quocirca, si sapientiam meam admirari soletis, (quæ utinam digna esset opinione vestra, nostroque cognomine!) in hoc sumus sapientes, quod naturam, optimam ducem, tamquam Deum, sequimur, eique paremus: a qua, non verisimile est, cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tamquam ab ineiti poeta, esse neglectum. Sed tamen necesse fuit esse aliquid extremum, et, tamquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiva quasi vietum et caducum: quod ferendum est molliter sapienti. Quid enim est aliud, gigantum modo bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare.

Lælius. Atqui, Cato, gratissimum nobis (ut etiam pro Scipione

pollicear) feceris, si, quoniam speramus (volumus quidem certe) senes fieri, ante multo a te didicerimus, quibus facillime rationibus ingravescens ætatem ferre possimus. *Cato.* Faciam vero, Læli; præsertim si utrique vestrum (ut dicis) gratum futurum est. *Scipio.* Volumus sane, nisi molestum est, Cato, tamquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quo pervenisti, videre, quale sit.

III. *Cato.* Faciam, ut potero, Læli. Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium, (pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur) quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus, homines consulares, nostri fere æquales, deplorare solebant; tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent; tum quod spernerentur ab iis, a quibus essent coli soliti: qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum. Nam, si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu evenirent, reliquisque omnibus majoribus natu: quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela; qui se et libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent, nec a suis despicerentur. Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. Moderati enim, et nec difficiles nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem: importunitas autem, et inhumanitas omni ætati molesta est.

Lælius. Est, ut dicis, Cato. Sed fortasse dixerit quispiam, tibi, propter opes et copias et dignitatem tuam, tolerabiliorem senectutem videri; id autem non posse multis contingere. *Cato.* Est istuc quidem, Læli, aliquid; sed nequaquam in isto sunt omnia: ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum: "Nec, hercule," inquit, "si ego Seriphius essem, nobilis; nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses." Quod eodem modo de senectute potest dici. Neque enim in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti, etiam in summa copia, non gravis. Aptissima omnino sunt, Scipio et Læli, arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum, quæ, in omni ætate cultæ, cum multum diuque vixeris, mirificos efferunt fructus; non solum quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis, (quamquam id maximum est) verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, jucundissima est.

IV. Ego Q. Maximum (eum qui Tarentum recepit) adolescens ita dilexi senem, ut æqualem: erat enim in illo viro comitate condita gravitas: nec senectus mores mutaverat: quamquam eum volere cæpi non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate

profectum: anno enim post consul primum fuerat, quam ego natus sum: cumque eo, quartum consule, adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quintoque anno post ad Tarentum quæstor: deinde ædilis, quadriennio post factus sum prætor: quem magistratum gessi consulibus Tuditano et Cethego, cum quidem ille, admodum senex, suasor legis Cinciae de donis et muneribus fuit. Hic et bella gerebat, ut adolescens, cum plane grandis esset; et Hannibalem, juveniliter exultantem, patientia sua mollebat: de quo præclare familiaris noster Ennius:

“Unus, qui nobis cunctando restituit rem.
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo magisque magisque viri nunc gloria claret.”

Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio, recepit! cum quidem, me audiente, Salinatori, qui, amisso oppido, fugerat in arcem, glorianti, atque ita dicenti: “Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti:” “Certe,” inquit ridens: “nam, nisi tu amisisses, nunquam recepissem.” Nec vero in armis præstantior, quam in toga: qui, consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti. Augurque cum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute gererentur; quæ contra rempublicam ferrentur, contra auspicia ferri. Multa in eo viro præclara cognovi: sed nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem M. filii tulit, clari viri, et consularis. Est in manibus laudatio; quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus; sed intus domique præstantior. Qui sermo! quæ præcepta! quanta notitia antiquitatis! quæ scientia juris augurii! multæ etiam, ut in homine Romano, literæ. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella: cujus sermone ita tum cupide fruebar, quasi jam divinarem id, quod evenit, illo extincto, fore, unde discerem, neminem.

V. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? quia profecto videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesve pugnas, ut bella a se gesta, triumphosque, recordentur. Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Platonis, qui, uno et octogesimo anno, scribens mortuus est; qualem Isocratis, qui eum librum, qui “Panathenæicus” inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse se dicit; vixitque quinquennium postea: cujus magister, Leontinus Gorgias, centum et septem com-

plevit annos ; neque unquam in suo studio atque opere cessavit : qui, cum ex eo quæreretur, cur tamdiu vellet esse in vita ? “ Nihil habeo,” inquit, “ quod incusem senectutem.” Præclarum responsum, et docto homine dignum ! Sua enim vitia insipientes, et suam culpam, in senectutem conferunt ; quod non faciebat is, cujus modo mentionem feci, Ennius ;

“ Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.”

Equi fortis et victoris senectuti comparat suam ; quam quidem probe meminisse potestis : anno enim undevicesimo post ejus mortem, hi consules, T. Flamininus et M' Acilius, facti sunt : ille autem Cæpione, et Philippo iterum, consulibus, mortuus est : cum ego quidem, V et LX annos natus, legem Voconiam voce magna, et bonis lateribus, suasissem. Annos LXX natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quæ maxima putantur onera, paupertatem et senectutem, ut eis pæne delectari videretur.

Etenim, cum contemplor animo, reperio quatuor causas, cur senectus misera videatur : unam, quod avocet a rebus gerendis ; alteram, quod corpus faciat infirmius ; tertiam, quod privet omnibus fere voluptatibus : quartam, quod haud procul absit a morte. Earum, si placet, causarum quanta, quamque sit justa unaquæque, videamus.

VI. A rebus gerendis senectus abstrahit ? Quibus ? an iis, quæ in juventute geruntur, et viribus ? Nullæne igitur res sunt seniles, quæ, vel infirmis corporibus, animo tamen administrentur ? Nihil ergo agebat Q. Maximus ? nihil L. Paulus, pater tuus, Scipio, socer optimi viri, filii mei ? cæteri senes, Fabricii, Curii, Coruncanii, cum rempublicam consilio et auctoritate defendebant, nihil agebant ?

Ad App. Claudii senectutem accedebat etiam, ut cæcus esset : et tamen is, cum sententia senatus inclinaret ad pacem, et fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitavit dicere illa, quæ versibus persecutus est Ennius :

“ Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solèbant
Antehac, dementes sese flexere [via ?]”

cæteraque gravissime : notum enim vobis carmen est : et tamen ipsius Appii exstat oratio : atque hanc ille egit septem et decem annos post alterum consulatum, cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent, censorque ante consulatum superiorem fuisset. Ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem sane fuisse et tamen sic a patribus accepimus.

Nihil igitur afferunt, qui, in re gerenda versari senectutem negant : similesque sunt iis, qui gubernatorem in navigando agere

nihil dicant; cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant; ille autem, clavum tenens, sedeat in puppi quietus. Non facit ea, quæ juvenes: at vero multo majora et meliora facit. Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum, res magnæ geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia; quibus non modo non orbari, sed etiam augeri, senectus solet. Nisi forte ego vobis, qui et miles, et tribunus, et legatus, et consul, versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero. At senatui, quæ sunt gerenda, præscribo, et quomodo: Carthagini, male jam diu cogitanti, bellum multo ante denuntio; de qua vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero.

Quam palmam utinam Dii immortales tibi, Scipio, reservent, ut avi reliquias persequare! cujus a morte hic tertius et tricesimus est annus: sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, novem annis post meum consulatum, cum consul iterum, me consule, creatus esset. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut comminus gladiis uteretur; sed consilio, ratione, sententia; quæ nisi essent in senibus, non summum consilium majores nostri appellassent *Senatum*. Apud Lacedæmonios quidem, ii qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur, senes. Quod si legere aut audire voletis externa, maximas republicas ab adolescentibus labefactas, a senibus sustentatas ed restitutas, reperietis.

“Cedo, quæ vestram rempublicam tantam amisistis tam cito?” sic enim percontantur, ut est in Nævii poëtæ Ludo. Respondentur et alia, et hæc in primis:

“Proveniebant oratores novi, stulti, adolescentuli.”

Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senescentis.

VII. At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas, aut si sis natura tardior. Themistocles omnium civium nomina perceperat: num igitur censetis eum, cum ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos novi qui sunt, sed eorum patres etiam, et avos: nec, sepulcra legens, vereor (quod aiunt) ne memoriam perdam: his enim ipsis legendis, redeo in memoriam mortuorum. Nec vero quemquam senum audiivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Omnia, quæ curant, meminerunt; vadimonia constituta; qui sibi, quibus psi, debeant.

Quid jurisconsulti? quid pontifices? quid augures? quid phi-

losophi senes ? quam multa meminerunt ! Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria ; nec ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit ; quod propter studium, cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est ; ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum, quasi desipientem, a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, et proxime scripserat, Cœdipum Coloneum, recitasse iudicibus, quæsisseque, nom illud carmen desipientis videretur : quo recitato, sententiis iudicum est liberatus.

Num igitur hunc, num Homerum, num Hesiodum, num Simonidem, num Stesichorum, num (quos ante dixi) Isocratem, Gorgiam, num philosophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num postea Zenonem, Cleanthem, aut eum, quem vos etiam Romæ vidistis, Diogenem Stoicum, coëgit in suis studiis obmutescere senectas ? an non in omnibus iis studiorum agitatio vitæ æqualis fuit ?

Age, ut ista divina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos, quibus absentibus, nunquam fere ulla in agro majora opera fiunt, non serendis, non percipiendis, non condendis fructibus : quamquam in illis minus hoc mirum : nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere : sed iidem elaborant in eis, quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere.

“ Serit arbores, quæ alteri sæculo prosint,”

ut ait Statius noster in Synephebis. Nec vero dubitet agricola, quamvis senex, quærenti, cui serat, respondere : “ Diis immortalibus, qui me non accipere modo hæc a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prode.”

VIII. Melius Cæcilius de sene alteri sæculo prospiciente, quam illud idem :

“ Ædepol, senectus, si nihil quidquam aliud vitii
Apportes tecum, cum advenis ; unum id sat est,
Quod, diu vivendo, multa, quæ non vult, videt.”

Et multa fortasse, quæ vult : atque in ea quidem, quæ non vult, sæpe etiam adolescentia incurrit. Illud vero idem Cæcilius viti-
osius :

“ Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire, ea ætate esse se odiosum alteri.”

Jucundum potius, quam odiosum. Ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, leviorque fit eorum

senectus, qui a juventute coluntur et diliguntur; sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutem studia ducuntur. nec minus intelligo me vobis, quam vos mihi esse jucundos. Sed videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa, et semper agens aliquid et moliens; tale scilicet, quale cujusque studium in superiore vita fuit. Quid, quod etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit: ut ego feci, qui Græcas literas senex didici; quas quidem sic avide arripui, quasi diurnam sitim explere cupiens, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti videtis. Quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem, vellem equidem et illud (discebant enim fidibus antiqui): sed in literis certe elaboravi.

IX. Ne nunc quidem vires desidero adolescentis, (is enim erat locus alter de vitiis senectutis) non plus, quam, adolescens, tauri aut elephantis desiderabam. Quod est, eo decet uti; et, quidquid agas, agere pro viribus. Quæ enim vox potest esse contemptior, quam Milonis Crotoniatæ? qui, cum jam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse, "At hi quidem jam mortui sunt." Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator: neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. Nihil S. Ælius tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncanium, nihil modo P. Crassus; a quibus jura civibus præscribebantur; quorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia.

Orator, metuo, ne languescat senectute: est enim munus ejus non ingenii solum, sed laterum etiam et virium. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute; quod equidem adhuc non amisi: et videtis annos: sed tamen est decorus sermo senis quietus et remissus; facitque persæpe ipsa sibi audientiam disertis senis comita et mitis oratio. Quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni præcipere, at Lælio. Quid enim est jucundius senectute stipata studiis juventutis?

An ne eas quidem vires senectuti relinquemus, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem opere quid potest esse præclarius? Mihi vero Cn. et P. Scipiones, et avi tui duo, L. Æmilius et P. Africanus, comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. Nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires, atque defecerint: etsi ista ipsa defectio virium adolescentiæ vitiis efficitur sæpius, quam senectutis. Libidinosa etenim et intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti.

Cyrus quidem, apud Xenophontem, eo sermone, quem moriens

nabuit, cum ad nodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliorum factam, quam adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini, puer, (qui, cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti et duos annos ei sacerdotio præfuit) ita bonis esse viribus extremo tempore ætatis, ut adolescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere; quamquam est id quidem senile, ætatiue nostræ conceditur.

X. Videtisne, ut apud Homerum sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiam enim jam ætatem hominum vivebat: nec erat ei verendum, ne, vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim (ut ait Homerus) ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio; quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus: et tamen dux ille Græciæ nusquam optat, ut Ajacis similes habeat decem, at ut Nestoris; quod si acciderit, non dubitat, quin brevi Troja sit peritura.

Sed redeo ad me. Quartum annum ago et octogesimum: equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus: sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus, quibus aut miles bello Punico, aut quæstor eodem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post, cum, tribunus militaris, depugnavi apud Thermopylas, M' Acilio Glabrione consule: sed tamen (ut vos videtis) non plane me enervavit nec afflixit senectus: non curia vires meas desiderat, non Rostra, non amici, non clientes, non hospites: nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri senem, si diu velis esse senex. Ego vero me minus diu senem esse mallet, quam esse senem ante, quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus.

At minus habeo virium, quam vestrûm utervis. Ne vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis: num idcirco est ille præstantior? Moderatio modo virium adsit, et tantum, quantum potest, quisque nitatur: næ ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bovem vivum. Utrum igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis vires ingenii dari? Denique isto bono utare, dum adsit; cum absit, ne requiras; nisi forte adolescentes pueritiam, paulum ætate progressi adolescentiam, debeant requirere. Cursus est certus ætatis, et una via naturæ, eaque simplex: suaque cuique parti ætatis tempestivitas est data; ut et infirmitas puerorum, et ferocitas juvenum, et gravitas jam constantis ætatis, et senectutis maturitas, naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat.

Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus avitus, Masinissa, quæ

faciat hodie nonaginta annos natus: cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; cum equo, ex equo non descendere; nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite aperto sit; summam in eo esse corporis siccitatem; itaque exsequi omnia regis officia et munera. Potest igitur exercitatio et temperantia, etiam in senectute, conservare aliquid pristini roboris.

XI. Non sunt in senectute vires? ne postulantur quidem vires a senectute. Ergo, et legibus et institutis, vacat ætas nostra muneribus iis, quæ non possunt sine viribus sustineri; itaque non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem, cogimur.

At ita multi sunt imbecilli senes, ut nullum officii aut omnino vitæ munus exsequi possunt. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptavit! quam tenui, aut nulla potius valetudine! quod ni ita fuisset, alterum ille exstitisset lumen civitatis: ad paternam enim magnitudinem animi, doctrina uberius accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum, Læli et Scipio, senectuti est; ejusque vitia diligentia compensanda sunt. Pugnandum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem.

Habenda ratio valetudinis: utendum exercitationibus modicis: tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori soli subveniendum est, sed menti atque animo multo magis: nam hæc quoque, nisi tamquam lumini oleum instillet, extinguuntur senectute. Et corpora quidem defatigatione et exercitatione ingravescent; animi autem exercitando levantur: nam, quos ait Cæcilius "comicos stultos senes," hos significat credulos, obliviosos, dissolutos; quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. Ut petulantia, ut libido, magis est adolescentium, quam senum; nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum; sic ista senilis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum levium est, non omnium.

Quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas, Appius regebat, et senex et cæcus: intentum enim animum, tamquam arcum, habebat; nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium, in suos: metuebant servi; verebantur liberi; carum omnes habebat: vigeat in illa domo patrius mos et disciplina.

Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Ut enim adolescentem, in quo senile aliquid,

sic senem, in quo est adolescentis aliquid, probo: quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi "Originum" liber est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium, quascumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes: jus augurum, pontificum, civile tracto: multum etiam Græcis literis utor: Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis: in his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. Adsum amicis: venio in senatum frequens, ultroque affero res multum et diu cogitatas; easque tueor animi, non corporis, viribus. Quæ si exsequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret meus, ea ipsa cogitantem, quæ jam agere non possem: sed, ut possim, facit acta vita. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intelligitur, quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subito frangitur; sed diurnitate exstinguitur.

XII. Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O præclarum munus ætatis, si quidem id aufert nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adolescentes, veterem orationem Archytæ Tarentini, magni in primis et præclari viri; quæ mihi tradita est, cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem, hominibus dicebat a natura datam; cujus voluptatis avidiæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerumpublicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero, et adulteria, et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Cumque homini sive natura, sive quis Deus, nihil mente præstabilius dedisset; huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum, quam voluptatem. Nec enim, libidine dominante, temperantiæ locum esse; neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi possit, fingere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. Nemini censebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi, posset: quocirca nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quam voluptatem; siquidem ea, cum major esset atque longior, omne animi lumen exstingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite (patre ejus, a quo, Caudino prælio, Sp. Postumius, T. Veturius, consules, superati sunt) locutum Archytam, Nearchus Tarentinus, hospes noster, (qui

in amicitia populi Romani permanserat) se a majoribus natu accepisse dicebat, cum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis; quem Tarentum venisse, L. Camillo, Appio Claudio consulibus, reperio.

Quorsum hæc? ut intelligatis, si voluptatem adspernari ratione et sapientia non possemus, magnam habendam senectuti gratiam, quæ efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica; ac mentis (ut ita dicam) præstringit oculos; nec habet ullum cum virtute commercium. Invitus quidem feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum, e senatu ejicerem, septem annis post quam consul fuisset: sed notandam putavi libidinem. Ille enim, cum esset consul, in Gallia exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent, damnati rei capitalis. Hic, Tito, fratre suo, censore, (qui proximus ante me fuerat) elapsus est: mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perditæ libido, quæ cum probro privato conjungeret imperii dedecus.

XIII. Sæpe audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cineia, esse quemdam Athenis, qui se sapientem profiteretur; eumque dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audientes, M' Curium et Ti. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur; quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat M' Curius cum P. Decio, qui, quinquennio ante eum consulem, se pro republica, quarto consulatu, devoverat. Norat eundem Fabricius; norat Coruncanus; qui, cum ex sua vita, tum ex ejus, quem dico, P. Decii facto, judicabant, esse profecto aliquid natura pulchrum atque præclarum, quod sua sponte peteretur, quodque, sprete et contemta voluptate, optimus quisque sequeretur.

Quorsum igitur tam multa de voluptate? quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat. Caret epulis, exstructisque mensis, et frequentibus poculis? caret ergo etiam vinolentia, et cruditate, et insomniis. Sed, si aliquid dandum est voluptati, quoniam ejus blanditiis non facile obsistimus, (divine enim Plato escam maiorem voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces) quamquam immoderatis epulis careat senectus, modicis tamen conviviis dolectari potest. C. Duillium, M. F. qui Pœnos classe primus devicerat, redeuntem a cœna senem sæpe videbam puer; delectabatur crebro funali, et tibicine, quæ sibi, nullo exemplo, privatus sumserat: tantum licentiæ dabat gloria.

Sed quid ego alios ? ad meipsum jam revertar. Primum habui semper sodales : sodalitates autem, me quæstore, constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice ; sed erat quidem fervor ætatis : qua progrediente, omnia fiunt indies mitiora : neque enim ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum et sermonibus, metiebar. Bene enim majores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, *convivium* nominarunt, melius, quam Græci, qui hoc idem tum *compotationem*, tum *conœnationem*, vocant ; ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

XIV. Ego vero, propter sermonis delectationem, tempestivis quoque convivii delector, nec cum æqualibus solum (qui pauci admodum restant), sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum : habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant, (ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cujus est etiam fortasse quidam naturalis modus) non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis, carere sensu senectutem. Me vero et magisteria delectant, a majoribus instituta ; et is sermo, qui, more majorum, a summo adhibetur in poculis ; et pocula, sicut in “Symposio” Xenophontis, minuta, atque rorantia ; et refrigeratio ætate, et vicissim aut sol aut ignis hibernus : quæ quidem in Sabinis etiam persequi soleo, conviviumque vicinorum quotidie compleo ; quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus.

At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo : sed ne desideratio quidem. Nihil autem molestum, quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam, jam affecto ætate, quæreret, utereturne rebus venereis ? “Dii meliora !” inquit : “libenter vero istinc, tamquam a domino agresti ac furioso, profugi.” Cupidis enim rerum talium odiosum et molestum est fortasse carere : satiatis vero et expletis jucundius est carere, quam frui : quamquam non caret is, qui non desiderat. Ergo hoc non desiderare, dico esse jucundius, quam frui.

Quod si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur libentius ; primum parvulis fruitur rebus, ut diximus : deinde iis, quibus senectus, si non abunde potitur, non omnino caret. Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat ; delectatur tamen, etiam qui in ultima, sic adolescentia, voluptates prope intuens, magis fortasse lætatur : sed delectatur etiam senectus, procul eas spectans, tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt, animum, tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque (ut dicitur)

vivere ! Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est odiosa senectute jucundius. Mori pæne videbamus, in studio dimetiendi cæli atque terræ, C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane cœpisset ! quam delectabat eum, defectiones solis et lunæ multo nobis ante prædicere !

Quid in levioribus studiis, sed tamen acutis ? quam gaudebat Bello suo Punico Nævius ! quam Truculento Plautus ! quam Pseudolo ! Vidi etiam senem Livium : qui, cum sex annos ante quam ego natus sum, fabulam docuisset, Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adolescentiam meam processit ætate. Quid de P. Licinii Crassi et pontificii et civilis juris studio loquar ? aut de hujus P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est ? Atqui eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte "Suadæ medullam" dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus, etiam senem ! Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut scortorum, voluptates cum his voluptatibus comparandæ ? Atque hæc quidem studia doctrinæ ; quæ quidem prudentibus et bene institutis pariter cum ætate crescunt : ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, (ut ante dixi) senescere se, multa indies addiscentem : qua voluptate animi nulla certe potest esse major.

XV. Venio nunc ad voluptates agricularum, quibus ego incredibiliter delector : quæ nec ulla impediuntur senectute, et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quod accepit ; sed alias minore, plerumque majore, cum fœnore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ vis ac natura, delectat : quæ, cum gremio mollito ac subacto semen sparsum exceptit ; primum id occæcatum cohibet (ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est) : deinde, tepefactum vapore et compressu suo, diffundit ; et elicit herbescentem ex eo viriditatem ; quæ, nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur ; e quibus cum emergerit, fundit frugem spici, ordine structam, et contra avium minorum morsus [munitur] vallo aristarum. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa, commemorem ? Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis quietem oblectamentumque noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur e terra : qua ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum ac stirpium minutissimis seminibus, tantos truncos ramosque procreat : malleoli, plantæ, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea

efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quæ natura caduca est, et, nisi fulta sit, ad terram fertur; eadem, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur: quam, serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans coercet ars agricularum, ne silvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Itaque, ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit, tamquam ad articulos sarmentorum, ea, quæ gemma dicitur; a qua oriens uva sese ostendit; quæ, et succo terræ et calore solis augescens, primo est peracerba gustatu; deinde, maturata, dulcescit; vestitaque pampinis, nec modico tepore caret, et nimios solis defendit ardores: qua quid potest esse, cum fructu lætius, tum adpectu pulchrius? cujus quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura, et ipsa natura, delectat; adminiculatorum ordines, capitum jugatio, religatio et propagatio vitium, sarmentorumque, ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio.

Quid ego irrigationes, quid fossiones agri, repastinationesque, proferam, quibus fit multo terra fecundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi; de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis (ut mihi videtur) ante sæculis fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem, facit. Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbustis, res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis et pomariis; tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones; quibus nihil invenit agricultura solentius.

XVI. Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa, quæ dixi, fuisse sentio longiora. Ignoscetis autem: nam et studio rerum rusticarum proventus sum, et senectus est natura loquacior; ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M' Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumsit extremum tempus ætatis: cujus quidem villam ego contemplans, (abest enim non longe a me) admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam, vel temporum disciplinam. Curio, ad focum sedenti, magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt: non enim aurum habere, præclarum sibi videri dixit; sed iis, qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus non jucundam efficere senectutem?

Sed venio ad agricolas, ne a meipsam recedam. In agris erant tum senatores, et iidem senes: siquidem aranti L. Quintio Cincinnato nuntiatum est, eum dictatorem esse factum: cujus dictatoris jussu, magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Mælium,

regnum appetentem, occupatum interemit. A villa in senatum arcessebantur et Curius et cæteri senes: ex quo, qui eos arcessebant, *viatores* nominati sunt. Num igitur eorum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia, haud scio, an ulla beator esse possit: neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed et delectatione (quam dixi), et saturitate copiaque omnium rerum, quæ ad victum hominum, ad cultum etiam Deorum, pertinent: ut, quoniam hæc quidam desiderant, in gratiam jam cum voluptate redeamus. Semper enim boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est; villaque tota locuples est: abundat porco, hædo agno, gallina, lacte, caseo, melle. Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant: tum conditiora facit hæc supervacanei etiam operis aucupium atque venatio.

Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum olivetorumque specie, dicam? Brevi præcidam. Agro bene culto nil potest esse, nec usu uberius, nec specie ornatus; ad quem fruentum, non modo non retardat, verum etiam invitat atque allecat senectus. Ubi enim potest illa ætas aut calescere vel apricatione melius vel igni; aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius? Sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi natationes et cursus: nobis senibus, ex lusionibus multis, talos relinquunt, et tesseras: idipsum [utrum] lubebit; quoniam, sine his, beata esse senectus potest.

XVII. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt: quos legite, quæso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui "*Œconomicus*" inscribitur! Atque, ut intelligatis, nihil ei tam regale videri quam studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio atque imperii gloria, cum Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eique dona a sociis attulisset; et cæteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, et ei quemdam conseptum agrum, diligenter consitum, ostendisse. Cum autem admiraretur Lysander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum qui afflarentur e floribus; tum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta; et ei Cyrum respondisse: "Atqui ego omnia ista sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio; multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ." Tum Lysandrum, intuentem ejus purpuram, et nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse: "Recte

vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est."

Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quominus et cæterarum rerum, et imprimis agri colendi, studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum perduxisse, cum esset acta jam ætate in agris, eosque coleret: cujus inter primum et sextum consulatum, sex et quadraginta anni interfuerunt. Itaque quantum spatium ætatis majores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. Atque ejus extrema ætas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis plus habebat, laboris vero minus. Apex autem senectutis est auctoritas. Quanta fuit in L. Cæcilio Metello! quanta in Atilio Calatino! in quem illud elogium unicum: "Plurimæ consentiunt gentes, populi primum fuisse virum." Notum est carmen, incisum in sepulcro. Jure igitur gravis, cujus de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum P. Crassum, nuper pontificem maximum, quem postea M. Lepidum eodem sacerdotio præditum, vidimus? Quid de Paulo aut Africano loquar? aut, ut jam ante, de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu, residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ voluptates.

XVIII. Sed, in omni oratione, mementote, eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit: ex quo id efficitur, (quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi) Miseram esse senectutem, quæ se oratione defenderet. Non cani, non rugæ, repente auctoritatem arripere possunt: sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos.

Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur lævia atque communia, salutaris, appeti, decedi, assurgere, deduci, reduci, consuli: quæ et apud nos, et in aliis civitatibus, ut quæque optime morata, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedæmonium (cujus modo mentionem feci) dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. Quinetiam memoriæ proditum est, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno consessu locum ei a suis civibus nusquam datum: cum autem ad Lacedæmonios accessisset, (qui, legati cum essent, in loco certo consederant) consurrexisse omnes, et senem illum sessum recepisse. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quemdam, Athenienses scire, quæ recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio præclara: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque ætate

antecedit, iâ sententiâ principatum tenet: neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt, majores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec, tamquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse.

At sunt morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes; si quærimus, etiâ avari. Sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen, et ea vitia quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem justæ, sed quæ probari posse videatur. Contemni se putant, despici, illudi. Præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est: quæ tamen omnia dulciora sunt et moribus bonis, et artibus: idque, tum in vita, tum in scena, intelligi potest ex iis fratribus, qui in "Adelphis" sunt. Quanta in altero duritas, in altero comitas! Sic se res habet. Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas, vetustate coacescit. Severitatem in senectute probo, sed eam (sicut alia) modicam; acerbiter nullo modo. Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

XIX. Quarta restat causa, quæ maxime angere atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis; quæ certe a senectute non potest longe abesse. O miserum senem, qui, mortem contemnendam esse, in tam longa ætate non viderit! quæ aut plane negligenda est, si omnino exstinguit animum; aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus æternus. Atqui tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam, futurus sum?

Quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? Quinetiam ætas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet. Facilius in morbos incidunt adolescentes; gravius ægrotant; tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim, et ratio, et consilium, in senibus est; qui si nulli fuissent, nullæ omnino civitates essent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse commune? Sensi ego, cum in optimo filio meo, tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni ætati mortem esse communem.

At sperat adolescens, diu se victurum; quod sperare idem senex non potest. Insuper sperat. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? Senex ne, quod speret quidem,

habet. At est eo meliore conditione, quam adolescens; cum id, quod ille sperat, hic jam consecutus est. Ille vult diu vivere: hic diu vixit. Quamquam (o Dii boni!) quid est in hominis vita diu? Da enim supremum tempus: exspectemus Tartessorum regis ætatem: fuit enim (ut scriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum et viginti vixit: sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit; tunc illud, quod præteriit, effluxit: tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni; nec præteritum tempus unquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocumque fuerit actu, probetur; neque sapienti usque ad "Plaudite" vivendum.

Breve enim tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque vivendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est, quam agricolæ dolent, præterita verni temporis suavitate, ætatem auctumnūque venisse. Ver enim tamquam adolescentiam significat, ostenditque fructos futuros: reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt. Fructus autem senectutis est (ut sæpe dixi) ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia vero, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem contingit adolescentibus, adversante et repugante natura. Itaque adolescentes mori sic mihi videntur, ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur; senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis exstinguitur. Et, quasi poma, ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt; sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas: quæ mihi quidem tam jucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.

XX. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus: recteque in ea vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possis, et tamen mortem contemnere: ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, et fortior. Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est; cum illi quærenti, qua tandem spe fretus, sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute. Sed vivendi finis est optimus, cum, integra mente, cæterisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit. Ut navem, ut ædificium, idem destruit facillime, qui construxit, sic hominem eadem optime,

quæ conglutnavit, natura dissolvit. Jam omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile, divellitur. Ita fit, ut illud breve vitæ reliquum nec avidè appetendum senibus, nec sine causa deserendum sit. Vetatque Pythagoras, injussu imperatoris, (id est, Dei) de præsidio et statione vitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Vult (credo) se esse carum suis. Sed haud scio, an melius Ennius :

“Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu
Faxit.”

Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur.

Jam sensus morienti aliquis esse potest, isque ad exiguum tempus, præsertim seni : post mortem quidem, sensus aut optandus aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus : sine qua meditatione, tranquillo esse animo nemo potest. Moriendum enim certe est ; et id incertum, an eo ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quæ poterit animo consistere ? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder, non solum L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus ; non duo Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt ; non M. Attilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret ; non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt ; non avum tuum, L. Paulum, qui morte luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem ; non M. Marcellum, cujus interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est ; sed legiones nostras (quod scripsi in “Origini-bus”) in eum sæpe locum profectas alacri animo et erecto, unde se nunquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adolescentes, et ii quidem non solum indocti, sed etiam rustici, contemnunt, id docti senes extimescent ?

Omnino (ut mihi quidem videtur) studiorum omnium satietas vitæ facit satietatem. Sunt pueritiæ certa studia : num igitur ea desiderant adolescentes ? Sunt et ineuntis adolescentiæ : num ea jam constans requirit ætas, quæ media dicitur ? Sunt etiam hujus ætatis : ne ea quidem quærentur a senectute. Sunt extrema quædam studia senectutis. Ergo, ut superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis : quod cum evenit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert.

XXI. Equidem non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam vobis dicere ; quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum. Ego vestros patres, P. Scipio, tuque, C. Læli.

viros clarissimos, mihi que amicissimos, vivere arbitror, et eam quidem vitam, quæ est sola vita nominanda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, et gravi opere perfungimur. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, et quasi demersus in terram, locum divinæ naturæ, æternitatisque, contrarium. Sed credo, Deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quique, cœlestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorum philosophorum, et auctoritas.

Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque, incolas pæne nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is, qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inventa, non posse eam naturam, quæ res eas contineat, esse mortalem: cumque semper agitetur animus, nec principium motus habeat, quia se ipse moveat; ne finem quidem habiturum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicturus: et, cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quidquam admixtum dispar sui atque dissimile, non posse eum dividi; quod si non possit, non posse interire: magnoque esse argumento, homines scire pleraque antequam nati sint, quod jam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. Hæc Plato noster.

XXII. Apud Xenophontem autem, moriens Cyrus major hæc dicit: "Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed eum esse in hoc corpore, ex iis rebus quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; cum exissent ex iis, emori: nec vero, tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset; sed cum, omni admixtione corporis liberatus, purus et integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissolvitur, cæterarum rerum, perspicuum est, quo quæque discedant

abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem scius, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Jam vero videtis, nihil esse morti tam simile, quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si hæc ita sunt, sic me colitote, ut Deum. Sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen, Deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis." Cyrus quidem hæc moriens. Nos (si placet) nostra videamus.

XXIII. Nemo unquam mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos avos, Paulum et Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere. An censes (ut de meipso aliquid more senum gloriæ) me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem et quietam, sine ullo labore et contentione, traducere? Sed, nescio quomodo, animus, erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cum, excessisset e vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maxime ad immortalitatem gloriæ niteretur.

Quid, quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius, videre, se ad meliora proficisci; ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi: neque vero eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi; sed illos etiam, de quibus audi, et legi, et ipse conscripsi. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neque, tamquam Peliam, recoxerit. Quod si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueriscam, et in cunis vagiam, valde recusem: nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari.

Quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? Sed habeat sane: habet certe tamen aut satietatem, aut modum. Non lubet enim mihi deplorare vitam, quod multi, et ii docti, sæpe cecerunt. Neque me vixisse pœnitet; quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem: et ex vita ita discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi locum, dedit. O præclarum diem

cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, cumque ex hac turba et colluvione discedam! Proficiscar enim, non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior: cujus a me corpus crematum est; quod contra decuit ab illo meum. Animus vero, non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum; non quod æquo animo ferrem: sed me ipse consolabar, existimans, non longinquum inter nos digressum et discessum fore.

His mihi rebus, Scipio, (id enim te cum Lælio admirari solere dixisti) levis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam jucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, lubenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo. Sin, mortuus, (ut quidam minuti philosophi censent) nihil sentiam; non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quod si non sumus immortales futuri, tamen exstingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi, modum. Senectus autem peractio ætatis est, tamquam fabulæ; cujus defatigationem fugere debemus, præsertim adjuncta satietate.

Hæc habui, de senectute quæ dicerem; ad quam utinam perveniatis! ut ea, quæ ex me audistis, re experti, probare possitis

M. TULLII CICERONIS

LÆLIUS,

SIVE

DE AMICITIA

DIALOGUS,

AD

T. POMPONIUM ATTICUM.

I. QUINTUS MUCIUS augur multa narrare de C. Lælio, socero suo, memoriter et jucunde solebat, nec dubitare, illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævola, sumta virili toga, ut, quoad possem, et liceret, a senis latere nunquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter et commode dicta, memoriæ mandabam; fierique studebam ejus prudentia doctior. Quo mortuo, me ad pontificem Scævola contuli; quem unum nostræ civitatis et ingenio et justitia præstantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias: nunc redeo ad augurem. Cum sæpe multa, tum memini, domi in hemicyclo sedentem, ut solebat, cum et ego essem una, et pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum fere omnibus erat in ore. Meministi enim profecto, Attice, et eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, (cum is, tribunus pleois, capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat consul, dissideret, quocum conjunctissime et amantissime vixerat) quanta hominum esset vel admiratio, vel querela. Itaque tum Scævola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælii d

amicitiæ, habitum ab illo secum, et cum altero genero, C. Fannio, M. F. paucis diebus post mortem Africani.

Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi; quas hoc libro exposui meo arbitrato: quasi enim ipsos induxi loquentes, ne *Inquam* et *Inquit*, sæpius interponeretur; atque, ut, tamquam a præsentibus, coram haberi sermo videretur. Cum enim sæpe mecum ageres, ut de amicitia scriberem aliquid, digna mihi res, cum omnium cognitione, tum nostra familiaritate, visa est. Itaque feci non invitus, ut prodessem multis tuo rogatu. Sed, ut in "Catone Majore," qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus, qui et diutissime senex fuisset, et in ipsa senectute præ cæteris floruisse; sic, cum accepissemus a patribus, maxime memorabilem C. Læli et P. Scipionis familiaritatem fuisse, idonea mihi Lælii persona visa est, quæ de amicitia ea ipsa disserteret, quæ disputata ab eo meminisset Scævola.

Genus autem hoc sermonum, positum in hominum veterum auctoritate, et eorum illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur habere gravitatis. Itaque ipse, mea legens, sic afficior interdum, ut Catonem, non me, loqui existimem. Sed, ut tum ad senem senex de senectute, sic hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lælius, et sapiens (sic enim est habitus,) et amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu, velim, animum a me parumper avertas; Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius et Q. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani: ab his sermo oritur: respondet Lælius; cujus tota disputatio est de amicitia, quam legens tu te ipse cognosces.

II. *Fannius*. Sunt ista, Læli: nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. Sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos: unum te sapientem et appellant et existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni: scimus, L. Atilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: sed uterque alio quodam modo: Atilius, quia prudens esse in jure civili putabatur; Cato, quia multarum rerum usum habebat. Multa ejus, et in senatu et in foro, vel provisiva prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute, ferebantur. Propterea, quasi cognomen jam habebat in senectute sapientis. Te autem alio quodam modo dicunt, non solum natura et moribus, verum etiam studio et doctrina, esse sapientem; nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem, (nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientium non habent;) Athenis unum accepimus, et eum quidem etiam

Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita ducas, humanosque casus virtute inferiores putes. Itaque ex me quærent, (credo, item ex te, Scævola) quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod, his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, et illud munus, solitus esses obire.

Scævola. Quærent quidem, C. Læli, multi, ut est a Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis, cum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderate: nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuæ: quod autem his Nonis in nostro collegio non affuisses, valetudinem causam, non mœstitiam, fuisse.

Lælius. Recte tu quidem, Scævola, et vere. Nec enim ab isto officio, quod semper usurpavi cum valerem, abduci incommodo meo debui; nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii. Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco nec postulo, facis amice: sed, ut mihi videris, non recte iudicas de Catone: aut enim nemo, (quod quidem magis credo,) aut, si quisquam, ille sapiens fuit. Quomodo enim (ut alia omittam) mortem filii tulit? Memineram Paulum; videram Gallum: sed hi in pueris; Cato in perfecto et spectato viro. Quamobrem cave Catoni anteponas, ne istum quidem ipsum, quem Apollo (ut ais) sapientissimum iudicavit. Hujus enim facta, illius dicta, laudantur. De me autem (ut jam cum utroque loquar) sic habetote.

III. Ego, si Scipionis desiderio me moveri negem, quam id recte faciam, viderint sapientes: sed certe mentiar. Moveor enim, tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit; et, ut confirmare possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medicina: me ipse consolor, et maxime illo solatio, quod eo errore careo, quo, amicorum decessu, plerique angi solent. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit. Suis autem incommodis graviter angi, non amicum, sed seipsum amantis est.

Cum illo vero quis neget actum esse præclare? Nisi enim (quod ille minime putabat) immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summam spem civium, quam de eo jam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superavit: qui consulatum petivit nunquam, factus est consul bis: primum ante tempus; iterum sibi, suo tempore; reipublicæ, pæne sero: qui, duabus urbibus eversis, inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella dele-

vit. Quid dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in sorores? bonitate in suos? justitia in omnes? nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio juvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis, (ut meminimus Catonem, anno ante quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere) tamen aufert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio.

Quamobrem vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, ut nihil posset accedere. Moriendi autem sensum celeritas abstulit: quo de genere mortis difficile dictu est; quid homines suspicentur, videtis. Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni, ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque viderit, illum diem clarissimum fuisse, cum, senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est, a patribus conscriptis, a populi Romani sociis et Latinis, pridie quam excessit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur potius, quam ad inferos, pervenisse. Neque enim assentior iis, qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri.

IV. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum majorum, (qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt; quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur) vel eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Græciam (quæ nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis et præceptis suis erudierunt; vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus: qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos, iisque, cum e corpore excessissent, reditum in cœlum patere, optimoque et justissimo cuique expeditissimum.

Quod item Scipioni videbatur; qui quidem, quasi præsigiret, perpaucis ante mortem diebus (cum et Philus et Manilius adessent, et alii plures, tuque etiam, Scævola, mecum venisses,) triduum disseruit de republica: cujus disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum; quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cujusque animus in morte facillime evolet, tamquam e custodia vinculisque corporis; cui censemur cursum ad Deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? Quocirca, mœrere hoc ejus eventu, vereor, ne invidi magis quam amici sit. Sin autem illa veriora, ut idem interitus sit animorum et corporum, nec ullus sensus maneat; ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali: sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino: quem tamen esse natum et nos gaudemus, et hæc civitas, dum erit, lætabitur.

Quamobrem, cum illo quidem (ut supra dixi) actum optime est; mecum incommodius; quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostræ amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim; quocum mihi conjuncta cura de republica et de privata fuit, quocum et domus et militia communis; et (id, in quo est omnis vis amicitiae) voluntatum, studiorum, sententiarum, summa concensio. Itaque non tam ista me sapientiae, quam modo Fannius commemoravit, fama delectat, falsa præsertim, quam quod amicitiae nostræ memoriam spero sempiternam fore. Idque mihi eo magis est cordi, quod, ex omnibus sæculis, vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare videor, Scipionis et Lælii amicitiam notam posteritati fore.

Fannius. Istud quidem, Læli, ita necesse est: sed, quoniam amicitiae mentionem fecisti, et sumus otiosi, pergratum mihi faceris, (spero item Scævola) si, quemadmodum soles de cæteris rebus, cum ex te quærentur, sic de amicitia disputaris, quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des.

Scævola. Mihi vero pergratum erit: atque, idipsum cum tecum agere conarer, Fannius antevertit: quamobrem utrique nostrum gratum admodum feceris.

V. *Lælius.* Ego vero non gravarer, si mihi ipse confiderem: nam et præclara res est; et sumus (ut dixit Fannius) otiosi. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Doctorum est ista consuetudo, eaque Græcorum, ut iis ponatur, de quo disputent quamvis subito. Magnum opus est; egetque exercitatione non parva. Quamobrem, quæ disputari de amicitia possunt, ab eis, censeo, petatis, qui ista profitentur: ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis: nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas.

Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse: neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum. Negant enim, quemquam virum bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sane: sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea quæ sunt in usu vitæque communi, non ea quæ finguntur aut optantur, spectare debemus. Nunquam ego dicam, C. Fabricium, M' Curium, Ti. Coruncanium, quos sapientes nostri majores judicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientiae nomen, et invidiosum et obscurum; concedantque, ut hi boni viri fuerint. Ne id quidem faciant: negabunt, id, nisi sapienti, posse concedi.

Agamus igitur pingui Minerva, ut aiunt. Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas, nec sit in illis ulla cupiditas, vel libido, vel audacia, sintque magna constantia, ut ii fuerunt, modo quos nominavi; hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos putemus; quia sequantur (quantum homines possunt) naturam, optimam bene vivendi ducem. Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam: major autem, ut quisque proxime accederet: itaque cives potiores quam peregrini; et propinqui, quam alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit. Sed ea non satis habet firmitatis: namque hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest: sublata enim benevolentia, amicitia nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitia sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod, ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos, jungeretur.

VI. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum, cum benevolentia et caritate, summa consensio: qua quidem haud scio, an excepta sapientia, quidquam melius homini sit a Diis immortalibus datum. Divitias alii præponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Belluarum hoc quidem extremum est: illa autem superiora, caduca et incerta, posita non tam in nostris consiliis, quam in fortunæ temeritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, præclare illi quidem: sed hæc ipsa virtus amicitiam et gignit, et continet; nec, sine virtute, amicitia esse ullo pacto potest.

Jam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur; nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur: virosque bonos eos, qui habentur, numeremus, Paulos, Catores, Gallos, Scipiones, Philos. His communis vita contenta est: eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere.

Principio, cui potest esse "vita vitalis" (ut ait Ennius,) qui non in amici mutua benevolentia conquiescat? Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æque, ac tu ipse, gauderet? Adversas vero ferre difficile esset, sine eo qui illas gravius etiam, quam tu, ferret. Denique cæteræ res, quæ expetuntur, opportuna sunt singulæ rebus fere singulis; divitiæ, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudare; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas, et muneribus fungare corpo-

ris : amicitia res plurimas continet : quoquo te verteris, præsto est : nullo loco excluditur ; nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni (ut aiunt,) pluribus locis utimur, quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri (quæ tamen ipsa et delectat et prodest,) sed de vera et perfecta, loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. Nam et secundas res splendidiore facit amicitia, et adversas, partiens communicansque, leviores.

VII. Cumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe præluceat in posterum ; nec debilitari animos, aut cadere patitur. Verum etiam amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilles valent, et (quod difficilius dictu est) mortui vivunt : tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum : ex quo illorum beata mors videtur ; horum vita laudabilis. Quod si exemeris ex natura rerum benevolentiam conjunctionem ; nec domus ulla nec urbs stare poterit : ne agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur ; quanta vis amicitiam concordiamque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti ? ex quo, quantum boni sit in amicitia, judicari potest.

Agrigentinum quidem, doctum quemdam virum, carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura totoque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt, et re probant. Itaque, si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus ? Qui clamores tota cavea nuper in hospitibus et amici mei, M. Pacuvii, nova fabula ; cum, ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur ; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret ! Stantes plaudebant in re ficta : quid arbitramur in vera fuisse facturos ? Facile indicabat ipsa natura vim suam, cum homines, quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero judicarent.

Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem, potuisse dicere. Siqua præterea sunt (credo autem esse multa,) ab iis, si videbitur, qui ista disputant, quæritote.

Fannius. Nos autem a te potius ; quamquam etiam ab istis sæpe quæsi, et audi, non invitus equidem : sed aliud quoddam expetimus filium orationis tuæ. *Scævola.* Tum magis id diceres,

Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de republica disputatum, affuisses. Qualis tum patronus justitiæ fuit contra accuratam orationem Phili! *Fannius*. Facile id quidem fuit, justitiam justissimo viro defendere. *Scævola*. Quid amicitiam? nonne facile ei, qui ob eam summa fide, constantia, justitiæque servatam, maximam gloriam ceperit?

VIII. *Lælius*. Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis certe. Studiis enim generorum, præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem, obsistere.

Sæpissime igitur mihi, de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum videri solet, num, propter imbecillitatem atque inopiam, desiderata sit amicitia; ut, dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiae; sed antiquior, et pulchrior, et magis a natura ipsa profecta, alia causa. Amor enim (ex quo amicitia nominata) princeps est ad benevolentiam conjungendam. Nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiae coluntur et observantur causa temporis: in amicitia autem, nihil fictum, nihil simulatum: et, quidquid in ea est, id est verum et voluntarium.

Quapropter, a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia, orta amicitia, et applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animadverti potest; quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, et ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat: quod, in homine, multo est evidentius: primum, ex ea caritate, quæ est inter natos et parentes; quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest: deinde, cum similis sensus exstitit amoris, si aliquem nacti sumus, cujus cum moribus et natura congruamus, quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur.

Nihil est enim amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe cum, propter virtutem et probitatem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricii, M' Curii, non cum caritate aliqua et benevolentia memoriam usurpet, quos nunquam viderit? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Mælium, non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Hannibale: ab altero, propter probitatem ejus, non nimis alienos animos habemus: alterum, propter crudelitatem, semper hæc civitas oderit.

IX. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam, vel in eis quos nunquam vidimus, vel (quod majus est) in hoste etiam, diligamus; quid mirum, si animi hominum moveantur, cum eorum, quibuscum usu conjuncti esse possunt, virtutem et bonitatem perspicere videantur? Quamquam confirmatur amor et beneficio accepto, et studio perspecto, et consuetudine adjuncta: quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolentia magnitudo; quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit, per quem quisque assequatur, quod desideret; humilem sane relinquunt, et minime generosum (ut ita dicum), ortum amicitia, quam ex inopia atque indigentia natam volunt.

Quod si ita esset; ut quisque minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longe secus est. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in se ipso posita judicet; ita in amicitia expetendis colendisque maxime excellit. Quid enim Africanus indigens mei? Minime, hercle: ac ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit: auxit benevolentiam consuetudo. Sed, quamquam utilitates multæ et magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ.

Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur), sed natura propensi ad liberalitatem sumus; sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quod omnis ejus fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.

Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum, suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Quamobrem, hos quidem ab hoc sermone removeamus: ipsi autem intelligamus, natura gigni sensum diligendi, et benevolentia caritatem, facta significatione probitatis; quam qui appetiverunt, applicant sese, et propius admovent, ut et usu ejus, quem diligere cœperunt, fruantur, et moribus; sintque pares in amore, et æquales; propensioresque ad bene merendum, quam ad reposcendum: atque hæc inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates ex amicitia maximæ capientur; et eris ejus ortus a natura, quam ab imbecillitate, et gravius et verior. Nam, si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret: sed, quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitia sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitia videtis nisi quid ad hæc forte vultis.

Fannius. Tu vero perge, Læli: pro hoc enim, qui minor est

natu, meo jure respondeo. *Scævola*. Recte tu quidem : quamobrem audiamus.

X. *Lælius*. Audite ergo, optimi viri, ea, quæ sæpissime inter me et Scipionem de amicitia disserebantur : quamquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitæ permanere. Nam, vel ut non idem expediret utrique, incidere sæpe ; vel ut de republica non idem sentirent ; mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, alias adversis rebus, alias ætate ingravescente. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quod summi puerorum amores sæpe una cum prætexta ponerentur.

Sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione, vel uxoriæ conditionis, vel commodi alicujus, quod idem adipisci uterque non posset. Quod si qui longius in amicitia provecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent : pestem enim majorem esse nullam amicitii, quam in plerisque pecuniæ cupiditatem, in optimis quibusque honoris certamen et gloriæ ; ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos exstitisse. Magna enim dissidia, et plerumque justi nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur ; ut aut libidinis ministri, aut adjuutores essent ad injuriam : quod qui recusarent, quamvis honeste id facerent, jus tamen amicitiae deserere arguerentur ab iis quibus obsequi nollent : illos autem, qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos : eorum querela inveteratas non modo familiaritates extinguere solere, sed etiam odia gigni sempiterna. Hæc ita multa, quasi fata, impendere amicitii, ut, omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam felicitatis, diceret sibi videri.

XI. Quamobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere ? num Viscellinum amici, regnum appetentem, num Sp. Mælium, debuerunt juvare ?

Ti. quidem Gracchum rempublicam vexantem, a Q. Tuberone, æqualibusque amicis, derelictum videbamus. At C. Blossius, Cumanus, hospes familiæ vestræ, Scævola, cum ad me, qui aderam Lænati et Rupilio consulibus in consilio, deprecantem venisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Ti. Gracchum fecisset, ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego, "Etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet?" "Nunquam," inquit, "voluisset id quidem." "Sed, si voluisset?"

“Paruissem.” Videtis, quam nefaria vox : et, hercle, ita fecit, vel plus etiam quam dixit : non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit ; nec se comitem illius furoris, sed ducem, præbuit. Itaque, hac amentia, quæstione nova perterritus, in Asiam profugit ; ad hostes se contulit ; pœnas reipublicæ graves justasque persolvit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Nam, cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris.

Quod si rectum statuerimus, vel concedere amicis quidquid velint, vel impetrare ab iis quidquid velimus, perfecta quidem sapientia simus, si nihil habeat res vitii : sed loquimur de iis amicis qui ante oculos sunt, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus, aut quos novit vita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, et eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime accedunt.

Videmus Papum Æmilium C. Luscino familiarem fuisse (sic a patribus accepimus,) bis una consules, et collegas in censura : tum et cum iis, et inter se, conjunctissimos fuisse M' Curium et Ti. Coruncanium, memoria proditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quidpiam contendisse, quod contra fidem, contra jusjurandum, contra rempublicam esset. Nam hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere, “Si contendisset, scio impetraturum non fuisse ?” cum illi sanctissimi viri fuerint ; æque autem nefas sit, tale aliquid et facere rogatum, et rogare. At vero Ti. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, et [minus] tum quidem Caius Frater, nunc idem accerrimus.

XII. Hæc igitur lex in amicitia sanciat, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est, et minime accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra rempublicam se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni et Scævola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reipublicæ. Deflexit enim jam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo majorum. Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Num quid simile populus Romanus audierat, aut viderat ? Hunc, etiam post mortem, secuti amici et propinqui, quid in P. Scipionem effecerint, sine lacrymis non queo dicere. Nam Carbonem, quoquo modo potuimus, propter recentem pœnam Ti. Gracchi, sustinuimus : de C. Gracchi autem tribunatu, quid exspectem, non libet augurari. Serpit deinde res : quæ proclivius ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. Videtis, in tabella jam ante quanta sit facta labe, primo Gabinia lege, biennio autem post, Cassia. Videre jam videor populur a senatu disjunctum, multitudinisque arbitrio res maximas

agi. Plures enim discent, quemadmodum hæc fiant, quam quemadmodum his resistatur.

Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quidquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, ut, si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment, ita se alligatos, ut ab amicis in magna aliqua re peccantibus non discedant. Improbis autem pœna statuenda est; nec vero minor iis qui secuti erunt alterum, quam iis qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarius in Græcia Themistocle? quis potentior? qui, cum imperator bello Persico servitute Græciam liberasset, propterque invidiam in exilium missus esset, ingratae patriæ injuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem, quod XX annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adjutor contra patriam inventus est nemo: itaque mortem sibi uterque conscivit.

Quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda; ut ne quis sibi concessum putet, amicum, vel bellum patriæ inferentem, sequi: quod quidem, ut res cœpit ire, haud scio, an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est, qualis respublica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit.

XIII. Hæc igitur prima lex amicitia sanciat, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem, dum rogemur: studium semper adsit; cunctatio absit. Consilium vero dare gaudeamus libere: plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas: eaque et adhibeat ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit; et adhibitæ pareatur.

Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam, (sed nihil est, quod illi non persequantur argutius:) partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum: alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae; quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum, securitatem; qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus.

Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius, (quem locum breviter perstrinxi paulo ante) præsidii adjumentique causa, non benevolentiae neque caritatis, amicitias esse expetendas: itaque, ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime: ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri; et inopes, quam opulenti; et calamitosi, quam ii qui putentur beati.

O præclaram sapientiam! Solem enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt; qua a Diis immortalibus nihil melius habemus, nihil jucundius. Quæ est enim ista securitas? specie quidem, blanda, sed reapse multis locis repudianda. Neque enim est consentaneum, ullam honestam rem actionemye, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est; quæ, necesse est, cum aliqua cura, res sibi contrarias adspernetur atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Itaque videas rebus injustis justos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosos modestos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, et lætari bonis rebus, et dolere contrariis.

Quamobrem, si cadit in sapientem animi dolor, (qui profecto cadit, nisi ex ejus animo exstirpatam humanitatem arbitremur;) quæ causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas, propter eam, suscipiamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter hominem et pecudem, sed inter hominem et saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem? Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream esse volunt: quæ quidem est, cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis; ut et bonis amici quasi diffundantur, et incommodis contrahantur. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam; non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.

XIV. Cum autem contrahat amicitiam, (ut supra dixi,) si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet, et adjungat; id cum contingit, amor exoriatur, necesse est. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut vestitu, cultuque corporis; animo autem virtute prædito, eo, qui vel amare, vel (ut ita dicam) redamare possit, non admodum delectari? Nihil est enim remuneratione benevolentia, nihil vicissitudine studiorum officiorumque, jucundius.

Quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo; concedetur profecto, verum esse, ut bonos boni diligant, adsciscantque sibi, quasi propinquitate conjunctos atque natura. Nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura. Quamobrem hoc quidem, Fanni et Scævola, constat, (ut opinor) bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse; qui est amicitiae fons a natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non est enim inhumana

virtus, neque immanis, neque superba; quæ etiam populos universos tueri, eisque optime consulere, soleat: quod non faceret profecto, si a caritate vulgi abhorreret.

Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse, delectat: tumque illud fit, quod ab amico est profectum, jucundum, si cum studio est profectum: tantumque abest, ut amicitiae propter indigentiam colantur, ut ii, qui, opibus et copiis, maximeque virtute præditi (in qua plurimum est præsidii,) minime alterius indigeant, liberalissimi sint, at beneficentissimi. Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. Ubi enim studia nostra viguissent, si nunquam consilio, nunquam opera nostra, nec domi nec militiæ, Scipio eguisset? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam, consecuta est.

XV. Non ergo erunt homines deliciis diffuentes audiendi, si quando de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, (pro Deum fidem, atque hominum!) qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere? Hæc enim est tyrannorum vita; in qua nimirum nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia: omnia semper suspecta, atque sollicita: nullus locus amicitiae.

Quis enim aut eum diligat quem metuit, aut eum a quo se metui putat? Coluntur tamen simulatione duntaxat ad tempus. Quod si forte (ut fit plerumque) ceciderint, tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum: quod Tarquinius dixisse ferunt, exsultantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre posset. Quamquam miror, illa superbia et importunitate, si quemquam habere potuit. Atque ut hujus, quem dixi, mores veros amicos parare non potuere, sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Itaque efferuntur illi fere fastidio et contumacia: neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus, immutari; spernique ab iis veteres amicitias, indulgeri novis. Quid autem stultius, quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cætera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitam, ut ita dicam, supellectilem? Etenim, cætera cum parant, cui parent, nesciunt, nec cujus causa laborent: ejus enim est istorum

quodque, qui vincit viribus: amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio: ut, etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen vita inculta, et deserta ab amicis, non possit esse jucunda. Sed hæc hactenus.

XVI. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, et quasi termini, diligendi: de quibus tres video sententias ferri; quarum nullam probo: unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos; alteram, ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentia pariter æqualiterque respondeat; tertiam, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis.

Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quam multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare; tum acerbius in aliquem invehi, insectarique vehementius: quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. Multæ quoque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, ut iis amici potius, quam ipsi, fruantur.

Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum. Ditiore mihi et affluentiore videtur esse vera amicitia; nec observare restricte, ne plus reddat, quam acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in imicitiam congeratur.

Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est; sed potius eniti, et efficere, ut amici jacentem animum excitet, inducatque spem cogitationemque meliorem.

Alius igitur finis veræ amicitia constitutus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, dixerit. Negabat ullam vocem inimiciorum amicitia potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc (quemadmodum putaretur) a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset unus e septem; sed impuri cujusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis, esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? Quinetiam necesse erit cupere et optare, ut quam sæpissime peccet amicus, quo

plures det sibi tamquam ansas ad reprehendendum : rursus autem recte factis commodisque amicorum necesse erit angi, dolere, invide.

Quare hoc quidem præceptum (cujuscumque est) ad tollendam amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitis comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quinetiam, si minus felices in deligendo fuisset, ferendum id Scipio potius, quam inimiciarum tempus cogitandum, putabat.

XVII. His igitur finibus utendum arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla exceptione, communitas ; ut, etiam si qua fortuna acciderit, ut minus justæ amicorum voluntates adjuvandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum sit de via, modo ne summa turpitudine sequatur. Est enim, quatenus amicitiae dari venia possit. Nec vero negligenda est fama : nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium ; quam blanditiis et assentando colligere turpe est. Virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est.

Sed sæpe (etenim redeo ad Scipionem, cujus omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent ; ut capras et oves quot quisque haberet, dicere posset ; amicos quot haberet, non posset dicere : et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse : nec habere quasi signa quædam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent. Sunt igitur firmi, et stabiles, et constantes eligendi ; cujus generis est magna penuria : et judicare difficile est sane, nisi expertum : experiendum autem est in ipsa amicitia. Ita præcurrit amicitia iudicium, tollitque experiendi potestatem.

Est igitur prudentis, sustinere, ut currum, sic impetum benevolentiae ; quo utamur, quasi equis tentatis, sic amicitis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam sæpe in parva pecunia perspiciuntur, quam sint leves : quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Sin vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiae, sordidum existiment ; ubi eos invenimus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiae non anteponant ; ut, cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera jus amicitiae, non multo illa malint ? Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam : quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.

Itaque veræ amicitiae difficillime reperiuntur in iis qui in hono

ribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? hæc ut omittam, quam graves, quam difficiles, plerisque videntur calamitatum societates! ad quas, non est facile inventu, qui descendat. Quamouam Ennius recte :

“ Amicus certus in re incerta cernitur:”

tamen hæc duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt aut si in bonis rebus contemnunt, aut in malis deserunt.

XVIII. Qui igitur utraque in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus, et pæne divino.

Firmamentum autem stabilitatis constantiæque ejus, quam in amicitia quærimus, fides est. Nihil enim stabile est, quod infidum est. Simplicem præterea, et communem, et consentientem, qui rebus iisdem moveatur, eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem: neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, et tortuosum: neque vero, qui non iisdem rebus movetur, et natura consentit, aut fidus aut stabilis potest esse.

Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis: quæ omnia pertinent ad eam, quam jamdudum tracto, constantiam. Ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam, nisi inter bonos, esse non posse. Est enim boni viri (quem eundem sapientem licet dicere) hæc duo tenere in amicitia: primum, nequid fictum sit, neve simulatum (aperte enim vel odisse, magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam;) deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.

Accedat huc suavitas quædam, oportet, sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitia. Tristitia autem, et in omni re severitas, habet illa quidem gravitatem: sed amicitia remissior esse debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

XIX. Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis: num quando amici novi, digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus? Indigna homine dubitatio: non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrima quæque (ut ea vina, quæ vetustatem ferunt) esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitia munus expletum sit. Novitates autem, si spem afferunt, ut, tamquam in herbis non fal-

lacibus, fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conservanda est. Maxima est enim vis vetustatis, et consuetudinis: ut, in ipso equo, cujus modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo: nec modo in hoc, quod est animal, sed in iis etiam quæ sunt inanimata, consuetudo valet; cum locis etiam ipsis montuosis delectemur et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus.

Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori sæpe enim excellentiæ quædam sunt; qualis erat Scipionis in nostro (ut ita dicam) grege. Nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicus. Q. vero Maximum, fratrem, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tamquam superiorem, colebat; suosque omnes per se esse ampliores volebat. Quod faciendum imitandumque est omnibus; ut, si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis: ut, si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint, et dignitati: ut, in fabulis, qui aliquamdiu, propter ignorationem stirpis et generis, in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, et aut Deorum aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt. Quod quidem est multo profecto magis in veris patribus, certisque, faciendum. Fructus enim ingenii et virtutis, omnisque præstantiæ, tum maximus capitur, cum in proximum quemque confertur.

XX. Ut igitur ii, qui sunt in amicitia conjunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent; sic inferiores non dolere, se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate superari: quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant; eoque magis, si habere se putant, quod officiose et amice, et cum labore aliquo suo, factum queant dicere. Odiosum sane genus hominum, officia exprobrantium; quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit.

Quamobrem ut ii, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. Sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant; quod non fere contingit, nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur; qui hac opinione, non modo verbis, sed etiam opere, levandi sunt.

Tantum autem cuique tribuendum, primum, quantum ipse efficere possis; deinde etiam, quantum ille, quem diligas atque

adjuves, sustinere. Non enim tu possis, quantumvis excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere; ut Scipio P. Rutilium potuit consulem efficere, fratrem ejus Lucium non potuit. Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum est tamen, quid ille possit sustinere.

Omnino amicitiae, corroboratis jam confirmatisque et ingeniis et ætatibus, judicandæ sunt: nec, si qui, ineunte ætate, venandi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt: isto enim modo nutrices et pædagogi, jure vetustatis, plurimum benevolentiae postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Aliter amicitiae stabiles permanere non possunt. Disparis enim mores, disparia studia, sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias: nec, ob aliam causam ullam, boni improbis, improbi bonis, amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.

Recte etiam præcipi potest in amicitiiis, ne intemperata quædam benevolentia (quod persæpe fit) impediatur magnas utilitates amicorum. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impediens, audire voluisset. Et sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis; quas qui impedire vult, quod desiderium non facile ferat, is et infirmus est, mollisque natura, et, ob eam ipsam causam, in amicitia parum justus. Atque in omni re considerandum est, et quid postules ab amico, et quid patiari a te impetrari.

XXI. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitiiis dimittendis nonnunquam necessaria: jam enim a sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sæpe vitia amicorum, cum in ipsos amicos, tum in alienos; quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitiae sunt remissione usus eluendæ, et (ut Catonem dicere audivi) dissuendæ magis, quam discindendæ: nisi quædam admodum intolerabilis injuria exarserit, ut neque rectum neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio disjunctioque facienda sit.

Sin autem morum aut studiorum commutatio quædam (ut fieri solet) facta erit, aut in reipublicæ partibus dissensio intercesserit (loquor enim jam, ut paulo ante dixi, non de sapientium, sed de communibus, amicitiiis,) cavendum erit, ne non solum amicitiae depositæ, sed inimicitiae etiam susceptæ, videantur. Nihil enim est turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pompeii, meo nomine, se removerat (ut scitis) Scipio: propter dissensionem autem, quæ erat in republica, aliena

tus est a collega nostro Metello. Utrumque egit graviter, auctoritate, et offensione animi non acerba.

Quamobrem, primum danda opera est, nequa amicorum discidia fiant: sin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitiae, quam oppressæ, esse videantur. Cavendum vero est, ne etiam in graves inimicitias, convertant se amicitiae: e quibus jurgia, maledicta, contumeliæ, gignantur: quæ tamen, si tolerabiles erunt, ferendæ sunt: et hic honos veteri amicitiae tribuendus est, ut is in culpa sit qui faciat, non qui patiat, injuriam. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est, atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve non dignos.

Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Rarum genus (et quidem omnia præclara rara;) nec quidquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; et amicos, tamquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia, per se et propter se expetenda: nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitiae qualis et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisque carus est: quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur: est enim is quidem tamquam alter idem.

Quod si hoc apparet in bestiis, volucris, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsæ diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur,) deinde, ut requirant atque appetant, ad quas se applicent, ejusdem generis animantes; idque faciunt cum desiderio, et cum quadam similitudine amoris humani; quanto id magis in homine fit natura, qui et se ipse diligit, et alterum anquirit, cujus animum ita cum suo misceat, ut efficiat pæne unum ex duobus?

XXII. Sed plerique perverse (ne dicam, impudentur) amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab iis desiderant. Par est autem, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quærere. In talibus ea, quam jamdudum tractamus, stabilitas amicitiae confirmari potest: cum homines benevolentia conjuncti, primum cupiditatibus iis, quibus cæteri serviunt, imperabunt, deinde æquitate justitiaque gaudebunt; omniaque alter pro altero suscipiet; neque quidquam unquam, nisi honestum et rectum, alter ab altero postulabit: neque solum se colent inter se, ac diligunt, sed etiam verebuntur: nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam

Itaque in iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes; ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quæ summa sunt, pervenire, conjuncta et consociata cum altera perveniret: quæ si quos in societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusque comitatus.

Hæc est, inquam, societas, in qua omnia insunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iunctura: ut, cum hæc adsint, beata vita sit, et sine his esse non possit. Quod cum optimum maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est; sine qua neque amicitiam neque ullam rem expetendam consequi possumus: ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique erasse sentiunt, cum eos gravis aliquis casus experiri cogit.

Quocirca (dicendum est enim sæpius) cum judicaveris, diligere oportet; non, cum dilexeris, judicare. Sed, cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et diligendis et colendis. Præposteris enim utimur consiliis; et acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. Nam implicati ultro et citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente, in medio cursu, amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

XXIII. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. Una est enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt: quamquam a multis ipsa virtus contemnitur, et venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Multi divitias despiciunt, quos, parvo contentos, tenuis victus cultusque delectat: honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil levius, esse existiment! itemque cætera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad rempublicam se contulerunt, et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii qui suum negotium gerunt otiosi: postremo, ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim, nescio quomodo, per omnium vitas amicitia; nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui.

Quinetiam, si quis ea asperitate est, et immanitate naturæ, congressus ut hominum fugiat atque oderit (qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus;) tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitalis suæ. Atque hoc maxime judicaretur, si quid tale posset contingere, ut

aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in solitudine uspiam collocaret, atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo ?

Verum ergo illud est, quod, a Tarentino Archyta (ut opinor) dici solitum, nostros senes commemorare audiui, ab aliis senibus auditum : “ Si quis in cœlum adscendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fuisset, [si] aliquem cui narraret, habuisset.” Sic natura solitarium nihil amat ; semperque ad aliquod tamquam adminiculum annitur ; quod in amicissimo quoque dulcissimum est.

XXIV. Sed, cum tot signis eadem natura declaret, quid velit, anquirat, ac desideret ; obsurdescimus tamen, nescio quomodo ; nec ea, quæ ab ea monemur, audimus. Est enim varius et multiplex usus amicitiae ; multæque causæ suspicionum, offensionumque dantur ; quas tum evitare, tum elevare, tum ferre, sapientis est.

Una illa sublevanda offensio est, ut et utilitas in amicitia et fides retineatur : nam et monendi amici sæpe sunt, et objurgandi ; et hæc accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed, nescio quomodo, verum est, quod in “ Andria ” familiaris meus dicit :

“ Obsequium amicos, veritas odium, parit.”

Molesta veritas, si quidem ex ea nascitur odium (quod est venenum amicitiae ;) sed obsequium multo molestius, quod, peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui et veritatem adspernatur, et in fraudem obsequio impellitur. Omni igitur hac in re habenda ratio et diligentia est ; primum, ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia, careat : in obsequio autem (quoniam Terentiano verbo lubanter utimur) comitas adsit : assentatio, vitiorum adjutrix, præcul amoveatur ; quæ non modo amico, sed ne libero quidem, digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico, vivitur.

Cujus autem aures veritati clausæ sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, et multa, “ Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces videantur : illos verum sæpe dicere, hos nunquam.” Atque illud absurdum est, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt ; eam capiunt,

qua debent vacare. Pecasse enim se non arguntur; objurgari moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, correctione gaudere.

XXV. Ut igitur et monere et moneri proprium est veræ amicitiae; et alterum libere facere, non aspere; alterum patienter accipere, non repugnante; sic habendum est, nullam in amicitiae pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem: quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est vitiosa, (tollit enim judicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime. Delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Nam, cum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus; qui id fieri poterit, si ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui, ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum, convertitur?

“Negat quis? nego. Ait? aio. Postremo, imperavi egomet mihi, Omnia assentari,”

ut ait idem Terentius: sed ille sub Gnathonis persona; quod amici genus adhibere, omnino levitatis est. Multi autem Gnathonum similes, cum sint loco, fortuna, fama superiores: horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas.

Secerni autem blandus amicus a vero, et internosci, tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen judicare solet, quid intersit inter popularem, id est, assentatorem et levem civem, et inter constantem, severum, et gravem. Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis, cum ferret legem de tribunis plebis reficiendis! Dissuasimus nos. Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Quanta illa (Dii immortales!) fuit gravitas! quanta in oratione majestas! ut facile ducein populi Romani, non comitem, diceres. (Sed affuistis: et est in manibus oratio.) Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atque, ut ad me redeam, meministis, Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus, quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum instituit, in forum versus, agere cum populo: tamen illius vendibilem orationem

religio Deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. Atque id actum est, prætore me, quinquennio ante quam consul sum factus. Itaque re magis, quam auctoritate, causa illa defensæ est.

XXVI. Quod si in scena [id est, in concione,] in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet (si modo id patefactum et illustratum est,) quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? in qua nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas: ne amare quidem, aut amari; cum, id quam vere fiat, ignores. Quamquam ista assentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur, et se maxime ipse delectet.

Omnino est amans sui virtus: optime enim se ipsa novit; quamque amabilis sit, intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione: virtute enim ipsa non tam multi præditi esse, quam videri, volunt. Hos delectat assentatio: his fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum saarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent Milites Gloriosi.

“Magnas vero agere gratias Thais mihi?”

Satis erat respondere, “Magnas:” “Ingentes,” inquit. Semper auget assentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Quamobrem, quamvis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allectant et invitant; tamen etiam graviores constantioresque admonendi sunt, ut animum advertant, ne callida assentatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est: nec enim facillime agnoscitur, quippe qui etiam adversando sæpe assentetur; et, litigare se simulans, blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique se patiatur; ut is, qui illusus sit, plus vidisse videatur. Quid autem turpius, quam illudi? Quod ne accadat, magis cavendum est, ut in “Epiclero:”

“Hodie me, ante omnes comicos stultos senes
Versaris atque luseris lautissime.”

Hæc enim etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum et credulorum senum. Sed, nescio quo pacto, ab amicitiiis perfec-

torum hominum, id est, sapientium, (de hac dico sapientia quæ videtur in hominem cadere posse) ad leves amicitias deflexit oratio. Quamobrem, ad illa prima redeamus, eaque ipsa concludamus aliquando.

XXVII. Virtus, virtus, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Muci, et conciliat amicitias, et conservat. In ea est enim convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Quæ cum se extulit, et ostendit lumen suum, et idem adspexit agnovitque in alio, ad id se admovet, vicissimque accipit illud, quod in altero est: ex quo eorum exardescit sive amor, sive amicitia: utrumque enim dictum est ab amando: amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsitâ; quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis.

Hac nos adolescentes benevolentia senes illos, L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis nostri socerum, dileximus. Hæc etiam magis elucet inter æquales, ut inter me et Scipionem, L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummius. Vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus; ut in vestra, ut in Q. Tuberonis: equidem etiam admodum adolescentis, P. Rutilii, A. Virginii, familiaritate delector. Quoniamque ita ratio comparata est vitæ naturæque nostræ, ut alia ætas oriatur; maxime quidem optandum est, ut cum æqualibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis. cum iisdem ad calcem (ut dicitur) pervenire. Sed, quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus, et a quibus diligamur. Caritate enim benevolentiaque sublata, omnis est e vita sublata jucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen, semperque vivet: virtutem enim amavi illius viri, quæ extincta non est. Nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui sed etiam posteris erit clara et insignis. Nemo unquam animo aut spe majora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet.

Equidem, ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare. In hac mihi de republica consensus, in hac rerum privatarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit. Nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audivi ex eo ipse, quod nollem. Una domus erat, idem victus, isque communis; neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi, in quibus, remoti ab oculis populi,

omne otiosum tempus contrivimus? Quarum rerum recordatio et memoria si una cum illo occidisset, desiderium conjunctissimi atque amantissimi viri ferre nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt; alunturque potius et augentur cogitatione et memoria. Et, si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium: diutius enim jam in hoc desiderio esse non possum. Omnia autem brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sint.

Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. Vos autem hortor, ut ita virtutem [locetis,] sine qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis.

FINIS.

NOV -8 1945




Deacidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: August 2006

PreservationTechnologies

A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION

111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 074 212 6

